







FAVENTE CHRISTO  
DISPUTATIO JURIDICA,  
De

TUTELA ET  
CURA.

*Quam*

Permissu Magnifici & Amplissimi Jctorum Ordinis  
in incluta Academia Wittebergensi,

SUB PRÆSIDIO

*Amplissimi, Consultissimi atq; Excellen-  
tissimi Viri,*

DN. HENNINGI Grossen /

J. U. D. Professor, Public, Juridicæ facultatis h. t.  
Decani spectatissimi, Curia Elector. nec non Judicii Pro-  
vincial. in infer. Lusat. Assessoris gravissimi & Serenissimi viduæ  
Elect. Saxonie Liechtenburgk &c: Consilarii, Dn. Præce-  
ptoris ac Promotoris sui perpetuo observantiæ  
cultu prosequendi

*Publicè ventilandam proponit*

FRIDERICUS MÖLLERUS,

Berolino - Marchicus


*In Auditorio Jctorum ad diem 29. Augusti horis à 7tima matutinis.*

WITTEBERGÆ,

Typis hæredum GEORGII MÜLLERI

ANNO M. DC. XXXV.







## P R Æ F A T I O.



Vàm nervosè & eleganter sermonem facit Aquila Romanæ linguæ Cicero, dicens: Non solum nobis nati sumus, sed ortus nostri partem; patria vindicat, partem parentes, partem amici: Hæc enim si ad iudicii lancem quis ponderet, nobilissima æstimanda, ac ad cœlum quasi tollenda, fateatur, necesse erit. Nam omnes servire patriæ, omnia facta ad Remp. dirigere, *l. 1. §. & generaliter. 15. ff. de vent. in poss. mittend.* Illamq; dulcissimam nec non carissimam æstimare tenemur: *Cic. offic. lib. 2. l. qui habeat. ff. de leg. 3.* Quam ob causam tot leges sunt promulgatæ, servatæ, totq; adhuc incolumes durant ac magis magisq; corroborantur: Eodem modo jus naturale (quod bonum est, *l. 2. ff. de ll. tamq; brutis insitum, quam mentibus hominum insertum, l. 1. §. jus. 3. ff. de just. & jur. §. 1. Inst. d. jur. Nat. Gent. & Civ.*) genus humanum ratione præ reliquis animantibus decoravit, *l. semper. ff. d. R. I. l. non omne. ff. ib. ut homines hominum causâ creatos esse cognoscat. Cic. lib. 1. Offic.* Si etenim quis parentes aspiciat perpendatq; quanto labore ac quam maximâ difficultate liberos ætate teneros à cunabulis ad firmiores vires producant, productos ad capeffendam disciplinam habiles reddant, & deniq; ad pietatis sanctæ fervorem, virtutum suavissimum odorem, ac literarum seu artium studia Reip. aliquando proximisq; saluberrima, ac sibi ipsis suisq; utilia fideliter afferant: Quid? quod, hoc non modo exercent in vitâ, sed q; in morte etiam, voluntate nimirum ultima per alios operantur, *l. 6. ff. de tut. §. 3. Inst. d. tut.* Ita quidem, ut relictis filiis alimenta præstentur, *l. 3. §. tutor. ff. de administr. tutor. eorumq; bona administrantur, & favilla pietatis, virtutis, ac eruditionis, afflando exciterur, & in flammam erigatur. l. jus. 3. §. ante oculos. ff. ubi pupill. educ. deb.* Hoc autem non solum parentes in liberos exercent, sed liberi quoque in parentes ætate confectos, alimenta præstando eos conservant, & curis assiduis laceratos in colla q; imponunt, humerisq; portant, donec cœlesti



decreo patriæ rebusq; mundanis ac desiderio abstrahuntur. Tanta vis naturæ ejusq; gubernatoris est, ut ii qui sanguine conjuncti sunt, sibi invicem serviant, dum frater major & agnatus minorem in tutelam suscipit, illumq; regit. *t. t. Inst. d. leg. agnat. tut. & t. t. Inst. de Fid. tut.* Quamvis autem tantum jus mentibus hominum inditum sit, studio tamen paulatim adjuvandum, ut vis ejus magis se ostendat: Eâ de causâ de tutelâ & cura aliquid differere hac vice placuit; quod ut feliciter fiat, Deum ter optimum maximum precamur, ut nostris hisce conatibus benedicere clementer dignetur.

#### T H E S I S I.

Cum id perfectum sit; quod ex partibus suis constat, (a) inquirenda est primum definitio tutelæ, deinde species ejus perpendendæ, postea cura evolvenda: Quod igitur definitionem attinet, tutela (b) est vis ac potestas (c) in capite libero (d) ad tuendum eum (e) qui ipse propter ætatem (f) se defendere nequit, jure civili (g) data ac permessa (b).

(a) *l. i. pr. ff. de orig. jur. & omn. magistr.*

(b) quæ munus dicitur, *in pr. Inst. de Excus. l. i. §. illud. 3. ff. de muner. & honor. seu onus, l. tria onera. 3. ff. de Excus. tut. §. item tria. 5. & §. sed & 6. just. eod. personale, d. l. i. §. æque. 3. l. munerum. 18. §. i. ff. de muner.* Necessarium, quia tutor necesse habet, aut se excusare, aut tutelam suscipere, *in pr. & §. quia. 16. Inst. de excus. tut. l. i. pr. ff. d. administr. tutor. Virile, pr. Inst. qui test. tut. dar. poss. Publicum, §. i. Inst. de excus. tutor.* non autem tale publicum est, quod principaliter ad utilitatem publicam spectat, sed tale intelligendum, quod autoritatem in se continet, ob quam publicum dicitur; utilitatis autem gratia rectè privatum appellatur: *Cuj. in l. 6. §. grammatici ff. d. Excus. tut. Wesenb. in π. ff. d. tut. n. 4. Tholos. lib. 12. c. 4. n. 2. comm. Vultej. lib. 1. jurispr. Rom. c. 25. n. 28. Treutl. vol. 2. disp. 8. th. 1. lit. e. Schn. Inst. qui test. tut. dar. pot. n. 2. suâ naturâ gratuitum. Wesenb. in π. ff. d. t. n. 1. nisi ad certas causas de quibus in th. 7. dicatur.*

(c) De



(c) De hisce vocabulis inter Dd. controversia oritur, utrum vis ac potestas, an jus ac potestas, legendum sit? Alii enim in quorum numero est *Wesemb. in π. ff. d. Inst. n. 3. Treutl. d. disp. th. 1. lit. b. cū Theoph. ad §. 1. Inst. d. lit.* statuunt pro vocabulo vis legendū esse jus: Alii autem communem Dd. sententiam sequuntur, quam nos etiam tenemus, cum §. seq. Imperatorem voluisse tutelam per vim ac potestatem definire demonstrat dicens: ii vocantur tutores, qui eam vim ac potestatem habent, deinde etiam confirmatur in *l. 1. ff. de tutel.* ubi eadem verba sunt: Vim autem nos accipimus non pro violenta, quæ à jure prohibita est, sed pro licita, seu pro potestate, ut hæc duo vocabula sint synonyma ut in *l. 17. ff. de ll. § in l. 7. C. de Codillis Arumæ. disp. 3. ad Inst. Exerc. 1 Borch. ad §. 1. Inst. de tut. Hunn. Inst. de tut. quest. 1. Bachovi. super Treutl. d. th. lit. b. Hænon. disp. 7. ff. th. 1. lit. b. Schn. ad d. §. 1. n. 3. Donell. libr. 3. comm. c. 1.* Potestas autem hic non sumitur eo modo, q. pupillus sui juris non esset, sed accipitur pro administrativa potestate. *Bachov. super Treutl. d. 1. Vultej. jurispr. Rom. lib. 1. c. 25. n. 3. Paci: Inst. d. §. 1.*

(d) Quæ verba non ad pupillum modò referuntur ad differentiam patriæ potestatis, cum ij, qui in potestate patris vivunt, sint alieni juris, in potestate autem tutoris existentes non alieni, sed sui juris sint, iis autem qui alieni juris sunt tutores regulariter non dantur: arg. §. 4. *Inst. quib. mod. tut. finit.* sed restringenda etiam sunt ad tutorem; servus enim quatenus servus & tutor esse non potest *l. in servili. 7. C. qui tut. dar. poss. Schn. ed. d. 1. n. 3. Vultej. d. lib. n. 7. Treutl. d. disp. th. 1. lit. Hunn. d. loc. quest. 2. Gothofr. in d. l. 1. § communiter Dd. ff. de tut.* quod & ultimis definitionis verbis probatur: dum dicitur, tutelam jure civili dari, at jure civili servus pro nullo habetur, *l. quod. 32. ff. de R. I.* ergò dicta vocabula etiam de tutore sunt intelligenda.

(e) Hic dicitur, ad tuendam personam; ad differentiam curatorum, cum tutor principaliter personæ datur, *l. 12. l. 14. ff. de test. tut. §. 4. Inst. qui test. tut. dar. poss.* Si igitur ad certam rem vel causam datur, tota datio inutilis est, *d. l. 12. 13. 14. ff. de test. tut.* Secundariò autem universis bonis tribuitur: §. *datus. 17. Inst. de*



*Excus. tut.* secus autem in Curatore, de quo in *th. 8.* dicitur. Hæc verba etiam intelligenda sunt ad differentiam patriæ potestatis: Pater enim plus habet juris tam in caput liberorum, cum eos in potestate suâ usq; ad mortem retinere, §. *admonendi. 7.* & §. *quidem. ult.* *Inst. quib. mod. jus potest. solvit.* atq; exhæredare possit, quàm in bonis, cum id, quod filius acquirit, acquiratur patri quo ad dominium in bonis profectitijs, in adventitijs verò quoad usumfructum, §. *1. vers. 2. Inst. per qua. perb. nob. acquir.* *Wesenb. in π. ff. de tut. n. 4. Bachov. super Treutl. d. disp. 8. th. 1. lit. d.* exceptis tamen castrensibus vel quasi: d. §. *1.* & *in pr. vers. 6. 7. Inst. quib. non est perm. fac. testam.* Tutor autem ad defensionem pupilli tenetur, ut hîc §. *6. Inst. de Attil. tut. §. 13. Inst. de Excus. tut.* & ad acquirendum commodum *l. qui negociationem. § 8. ff. de administ. tut.* unde tutela dicta est à tuendo, & ii qui ejus officio funguntur, tutores salutantur q: tutores seu defensores: *l. tutela. 1. §. 1. ff. de tut. §. 1. Inst. eod. l. 2. C. quand. mul. offic. tut. fung. poss. Schn. d. §. 1. n. 6. Vultej. jurispr. Rom. lib. 1. c. 25. n. 5.* Quanquam sæpè contingat, quod dicuntur tutores meritò q: tollitores, quia non rarò pro ampliatione bonorū pupilli diminutionem, pro conservatione amissionem parunt, immò, ut uno verbo dicam, ejus patrimonium q: cibum de ore auferunt. *Treutl. d. disp. th. 1. lit. a. Obrecht. disp. de patroc. pupill. th. 16. Hæn. disp. 7. in Pand. de tut. th. 1. lit. a.*

(f) ad differentiam iterum Curatorum, cum curatores nō modo propter infirmitatem ætatis, sed etiã mentis & corporis dentur, de quibus in *th. 9.* dicitur: tutor autem propter ætatem hodiè tantum, §. *1.* & *16. Giph. Inst. de tut. d. l. 1. ff. eod. arg. l. 3. C. de legit. tut.* & quidem impuberibus adjungitur: *in pr. just. de curat.* olim autem ex lege Juliã & Titiã fœminis puberibus ob rerum forensium ignorantiam tutor tribuebatur *Tholos. synag. lib. 14. c. 1. n. 16.*

(g) ad differentiam tutelæ corporis proprii, cum hæc sit juris Naturalis primævi, *l. §. cum arietes. 11. ff. si quad. paup. fec. dic. & Gentium; Schn. Inst. §. 1. n. 11. de jur. N. G. & C. l. §. d. §. 1. n. 8. de tut.* Illa v. J. C. per eum cui hoc specialiter à Lege vel Senatusconf. vel



vel principe datum est confertur. §. 1. Inst. de tut. l. 1. §. 1. ff. eod.  
Myns. d. §. n. 10. Heig. & Schn. ib. n. 8. Hænon. disp. 3. Inst. th. 1. l. 6. §. 2 ff.  
de tut. §. 3. 4. Instit. de Attil. tut. Treutl. d. vol. 2. disp. 8. th. 1. lit. e.  
Vultej. ad. §. 3. Instit. d. t. & lib. 1. jurispr. Rom. c. 25. n. 100. Hænon.  
d. disp. 3. th. 8. Forster. disp. 4. th. 8. Heig. ad pr. Instit. de  
Attil. tut. n. 4. & §. 3. 4. n. 6. 7. 8. 9. & ad §. 5. n. 2. 3. Wesenbec.  
ad d. §. 3. Instit. de att. tut. Cujac. l. 7. observ. 21. & 15. observ. 19.  
in ~~Immo~~ tutela nec demandari potest, l. nec. 8. ff. de tut. dat. l. 1. ff. de  
offic. ejus cui mand. est jurisd. & ib. Jason. n. 66. & in l. 1. ff. de jurisd.  
omn. judic. n. 6. Treutl. d. lit. e. Hodiè autem hoc jus in desuetudi-  
nem redactum est, dum jure magistratus tutor datur; Schn. ad §.  
nos autem. n. 4. Inst. de Attil. tut. Gothofr. ad l. 6. §. 2. ff. de tut. Hæ-  
n. d. disp. 7. ff. th. 5. lit. c. Schults in Synops. Inst. t. de Attil. tut. lit. a. Vul-  
tej. ad d. §. nos autem. n. 10. hic & confirmatur in der Reformation gü-  
ter Policeny Ordnung zu Augspurg Anno 1548. auffgerichtet tit.  
Von den Pupillen vnd minderjârigen Kinder Tutorn vnd Vor-  
münden. §. 1. 3.

(b) Testamentaria permittitur, l. 1. 20. §. 1. ff. de test. tut. l. pen. §.  
si vero pater C. de adopt. & Dativa; legitima autem 12. tabellarum  
datur, Gothofr. ad l. 1. ff. de tut. Wesenb. in π. ff. eadem. Vultej. ad d.  
§. 1. Inst. eod. n. 7. Giphon. ad d. §. 1. n. 10.

## T H E S I S    I I.

Tutelæ tres sunt species testamentaria legitima, & dati-  
va, (a) de quibus ordine tractabimus. Testamentaria  
igitur tutela (b) est, quâ Pater (c) liberis (d) impuberi-  
bus (e) in potestate existentibus (f) testamento (g) tu-  
tores constituit, quod facere potest, ad certum tempus  
& ante heredis institutionem (h).

(a) l. 52. C. de Episc. & Cleric. l. militiæ. 4. C. qui tut. dar. poss.  
l. 5. C. de legi. tut. unde tutores alii dicuntur Testamentarii, alii  
Legitimi, alii Dativi l. dativus. 7. ff. rem pupilli & c. l. 7. ff. de Test.  
tut. l. 13. pr. ff. de Excus. Wesenb. in π. ff. de tut. n. 5. ad l. 1. ff. de  
tut.

(b) Huic



(b) Huic meritò locus primus tribuitur, cum magis privilegiata sit cæteris, ita ut si adest testamentaria, legitima tutela non detur, *l. si quis. ii. ff. de test. tut. l. quamdiu. 89. ff. de R. I. §. 2. Inst. de legit. agnat. tut. Treutl. i. disp. th. 2. lit. a. Gothofr. in d. l. ii. & tutor testamentarius præferendus sit legitimis ac dativis in pr. Inst. de legit. agnat. tut.* voluntas enim testatoris pro lege servanda est. *auth. matri & avia. C. quand. muli. tut. off. fung. poss.* quæ tamen ad Electoralem hæredem impuberem trahenda non sunt, cum testator proximo invito Agnato, (qui ex Aurea Bullâ Caroli IV. rubric. Von der Churfürsten Nachkommen t. 7. vers. Ob einen Churf: Electoralem personam usque ad 18. annum in suam curam redigere tenetur,) hoc jus testamento auferre nequeat: juri enim publico privatorum pactionibus derogari non potest, *l. 42. ff. de oper. libert. l. 4. d. de his qui test. fac. pos. l. i. C. de usufr. l. 55. ff. de Legat. 1.* Atqui hoc jus est publicum, ergò sine justâ causâ tolli non potest. *Treutl. disp. th. 3. lit. a. Hæn. d. disp. 3. th. 6. Schulz in Synops. Inst. de legit. agnat. tut. lit. a. Gædd. in l. 120. de V. S. n. ult. Schönbor. lib. 2. Politic. c. 14. Copp. lib. 1. obs. 67. Rosentb. in tractat. de feud. c. 12. conclus. 10. fol. 515. n. 19. Harprecht. in comment. Inst. 4. de tut. fol. 81. n. 4.*

(c) Omnes parentes masculini sexus tutores dare possunt, sive sit pater, sive avus, sive proavus, & procedit in infinitum, §. *permissum 3. Inst. de tut. l. 2. ff. de test. tut.* quia optimè præsumitur providere liberis suis voluisse, *l. nec in ea. 22. §. fin. ff. ad L. Jul. de adult. l. fin. C. de curat. furios. l. si plures. §. 1. ff. de administ. & peric. tut.* unde patet matrem tutores filiis suis dare non posse; *l. pater. 4. ff. de test. tut. l. 2. ff. confir. tut. l. mater. C. de test. tut.* mater autem ob firmitatem sexus & consilij non tam providere liberis prospicere posse creditur: *arg. l. 2. §. 2. ff. SCt. Velle. & l. si pater. 4. C. de spons. secus si simul hæredes instituerit, tunc bene iis Consulere intelligitur. arg. l. si patronus. 4. ff. de confir. tut. confirmandi tamen ejusmodi tutores sunt à judice ex inquisitione; l. 2. ff. de confir. tut. Gothofr. ad l. 4. C. de test. tut. & ib. Cuj. Treutl. d. disp. th. 2. lit. c. Wesenb. in π. ff. detur. n. 5.* Et si institutio omissa est, tunc judici ipso jure potestas conceditur, utrum velit,



velit, confirmationem ad jicere, quæ, si ei lubet, cum cognitione causæ & exactissima diligentia fieri debet, *l. 4. C. de test. tut. l. 1. juncta gloss. ib. C. de confir. tut. l. 2. juncta gloss. ff. de confir. tut. Schneidw. inst. de tut. §. permissum. 3. n. 11. Arumæ. disp. 6. th. 5.*

(d) Utriusq; sexus quos pater ex legitimo & justo matrimonio procreavit; §. *permissum. 3. inst. d. tut. l. 1. pr. ff. de test. tut. l. 2. ff. de vulg. & pupill. substit.* appellatione enim filii continetur persona filia, §. *fin. inst. qui test. fac. pot. Hæon. d. disp. 7. th. 2. lit. C.* & non solum filii filiaque, sed nepotes etiam neptesq; pronepotes proneptesq; abnepotes abneptesque, ex testamento tutores accipere possunt, si modò pater vocabulum liberorum usurpaverit; Generalis quippè liberorum appellatio est, *d. §. si quis. 5. inst. qui test. tut. dar. poss.* Sin verò pater filiis tutores dederit, nepotes, aut pronepos &c. non continentur, §. *fin. Inst. qui test. tut. dar. poss. & ib. Myns. Vultej. Schneidw.* quanquam enim nonnuquam ex voluntate testatoris, *arg. l. 12. §. 6. ff. de instruct. vel instru. legat. vel justâ interpretatione, l. pen. ff. ad SCt. Maced.* vel ex causâ favorabili, ut, quando Princeps alicui pro se & filiis suis feudum tradiderit, filiorum appellatione nepotes quoque veniant, tamen hoc in tutoris datione locum non habet. Porrò non distinguimus utrum liberi sint exheredati, an heredes instituti? Exhereditatio enim non impedit tutelam testamentariam, *l. 4. 10. §. 2. ff. de test. tut. l. 77. §. 3. ff. de condiçt. & demonfir. Arumæ. disp. 6. th. 4. Hunn. inst. de tut. quest. 4. Hænon. d. th. lit. e.*

(e) §. *6. inst. de Attil. tut. d. §. 3. inst. de tut.* Puberibus enim pater testamento curatores dare non potest. De quibus in th. 8. dicitur.

(f) §. *3. Inst. de tut. l. quo tutela. 73. §. nemo. 11. ff. de R. J. l. 40. ff. de administ. tutor. Vultej. Juriss. Rom. lib. 1. c. 25. n. 60. Treutl. d. disp. th. 2. lit. C. Cuj. in com. C. de test. tut.* Emancipatis igitur à patre tutor jure non datur, neq; naturalibus tantùm, *l. fin. C. de confir. tutor. l. 1. §. 7. ff. eod. §. ult. inst. de tut.* quia non sunt in patris potestate, ob hanc igitur rationem mater tutores jure non dat, de quâ suprâ in lit. c. dictum est. Sic etiam tutores à Patrono & Extraneo dati impuberibus hæredibus ( Sine enim hæreditate

B

impu-



impuberi tutores adjungere non possunt, *Schn. de tut. §. 3. n. 12.*) institutis à judice ex inquisitione confirmari debent, *l. 1. §. 1. l. 4. 5. ff. de confirm. tut.* Undè rectè contra *Mynsing. ad d. §. fin. inst. de tut.* statuitur ab *Heig. d. §. fin.* Ejusmodi tutores non testamentarios, sed magis dativos esse, quod etiam confirmatur, *arg. l. 3. ff. de confirm. tutor. l. 26. §. fin. ff. de test. tut.* Tutor enim confirmatus separatur ab eo qui testamento jure est datus, *in pr. Inst. de satisd. tutor. Treutl. d. disp. th. 2. lit. C. & ib. Bachov. Vultej. lib. 1. Jurispr. Rom. c. 25. n. 71. Hæn. d. disp. 2. inst. th. 3. Cuj. in parat. C. de confirm. tutor. Harprecht. part. 1. disp. 7. th. 5.*

(g) Non autem Codicillis, nisi testamento confirmatis, *l. testamento. ff. de test. tut.* sive expressè, sive tacitè: *§. non autem. inst. de codicill.* Si autem non confirmentur testamento, ipso jure non valet tutoris datio, sed confirmandus est à judice, ut tutor esse possit; *Schneidvv. inst. de test. tut. n. 7. Hæn. d. disp. 7. ff. th. 2. lit. F. Treutl. d. th. 2. lit. E.* Idem dicitur de eo qui minus solenni testamento datus est, *l. 2. 3. ff. de test. tut. Treutl. d. l. E. Schneidvv. d. t. n. 8.*

(h) *§. 3. inst. qui test. tutor. dar. poss. §. 1. inst. de Attil. tut. l. 8. §. 1. 2. l. 10. §. pen. ff. de test. tut. l. 3. §. 7. ff. de susp. tutor. Wesemb. in parat. ff. de tut. n. 3. Treutl. d. th.*

### THESIS III.

Non solum autem paterfam: sed etiam filiusfam: (a) item servus, (b) furiosus, (c) minor 25. (d) & omnes qui ex testamento capere possunt, (e) utpote creditor & debitor pupilli, (f) item Mater & avia &c. (g) ejusmodi potestatem testamento impetrare haut nequeunt.

(a) *in pr. inst. qui tut. dar. poss. pr. inst. de excusat. l. filiusfamil. 9. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. l. Lucius. 21. ff. de administrat. tutor. l. 7. ff. de tut. cum in causis publicis filii fam: loco patrum fam: habeantur, d. l. 9. l. nam quod. ff. ad SC. Trebell.* Et tutela est munus publicum, ut in th. 1. dictum est. Ob hanc igitur rationem  
filiusfamil:



filiusfamil: patrem in causâ pupilli sine veniâ iudicis in jus vocare,  
*l. quæsitum. 16. ff. de in jus vocand. & sine consensu patris in judi-*  
*cio versari ac litigare potest, Schneidov. inst. qui test. tutor. dar. poss.*  
*n. 4. quod aliàs regulariter permissum non esset; l. 4. §. 1. ff. de in*  
*jus vocan.*

(b) Proprius nimirum cum libertate, §. 1. *inst. qui tut. dar.*  
*poss. §. 2. inst. quib. ex caus. manum. non poss.* vel expressè, vel tacitè,  
licet enim non sit nominatim adscripta libertas tacitè tamen tuto-  
ris dationi in esse creditur, ut talis servus directam libertatem acce-  
pisse dicatur, *l. quæro. 32. §. Lucius. 2. ff. de test. tut. d. §. 1. l. 32. §. 2.*  
*& ib. Gothofr. d. §. 1. Vultej. lib. 1. Jurispr. Rom. c. 25. n. 83. Treutl. d.*  
*th. 2. lit. g. & ib. Bachov. Schneidov. d. t. n. 5. Hænon d. disput. th. 3.*  
*lit. e.* Secus autem si testator erraverit, putans servum liberum esse  
tunc servus neq; liber neq; tutor erit, *l. generaliter. 24. §. si quis ff. de*  
*fidei com. libert. d. §. 1. inst. qui test. tut. & c.* Errantis enim nullus  
est consensus, *l. non idcirco. 9. C. de jur. & fact. ignor. §. II. inst. de Le-*  
*gat.* Quod attinet servum alienum is tutor dari non potest, nisi  
cum conditione, si liber erit, *l. 10. §. servus. 4. ff. de test. tut. & d.*  
*§. 1.*

(c) Sub conditione nimirum aut expressâ aut tacitâ, si sc:  
compos mentis factus fuerit, *d. l. 10. §. furiosus. & §. furiosus. 2. inst.*  
*qui test. tutor. dar. poss. Schneidov. inst. d. t. in pr. n. 7.* sed cum ad  
defendendum pupillum, ejusq; res administrandas tutela jure in-  
venta & introducta sit, ut in th. 1. dictum est, consentaneum est, ut  
alius tutor pendente conditione à iudice detur, qui administrare &  
autoritatem præstare potest, ne interea lædatur pupillus, & in ali-  
qua parte defraudetur, §. 1. *inst. de Attil. tut. l. II. ff. de test. tut.*

(d) Sub conditione etiam si sc: factus erit major, *d. §. 2. an-*  
*tea enim non potest esse tutor, l. fin. C. de legit. tut. d. §. 2. cum in-*  
*firmum adolescentis sit consilium, l. 5. ff. de minor. & qui se ipsum*  
*defendere nequit, aliorum tutelam gerere non potest: §. 13. inst. de*  
*Excus. §. pen. inst. de Attil. tutor.* Major autem dicitur, qui legiti-  
mam ætatem accepit, *d. §. 2. Legitima ætas est, quando 24. comple-*  
*verit, & 25 attigerit, l. ult. C. de his qui ven. atat. impetr. d. §. 2. sive*  
*sit fœmina sive masculus, ut in th. 12 dicetur.* Jure verò Saxonico  
efficitur



efficitur major, si annum 21. compleverit, & eo jure tutor esse potest. Landr. lib. 1. art. 42.

(e) *l. testamento. 21. ff. de test. tut. Wesemb. in parat. ff. de tut. n. 5.* Filiusfam: enim rectè tutor esse potest, ut in lit. a. dictum fuit, tamen testamenti factionem activam non obtinet, sed tantùm passivam, *l. 8. ff. qui test. fac. poss. in pr. inst. eod. Gothofr. ad d. l. 21. ff. & sup. Schneidv. inst. qui test. tutor. dar. poss. in pr. n. 5. lit. c. Tholos. comm. ff. lib. 12. c. 8. n. 4. Wesemb. d. n. 5. & 1.*

(f) *Bald. in tract. de pact. Dd. in l. creditor. 8. C. qui dar. tutor. Wesemb. in parat. ff. d. t. n. 5. Tholos. comm. ff. lib. 12. c. 4. n. 5.* quia pater semper optimè liberis suis prospicere præsumitur, *l. nec in ea. 22. ff. de adulter. i. fin. in pr. C. de curat. furio.* Secus autem si judicem dare tutorem oportet, ut in th. 8. dicitur.

(g) *auth. matri & avia. C. quand. muli. tut. offic. & c. Schneidwin. d. t. n. 10. Tholos. d. lib. 12. c. 4. n. 3.* olim autem ne testamento quidem tutela matri & avia deferri poterat, *l. jure nostro. 26. ff. de test. tut.* regulariter enim foemina ab hoc officio arcentur, cum sit munus virile: *l. tutela. 16. l. fin. ff. de tut. vid. in th. 1. lit. b.* hanc tutelam etiam cohæres, & is qui civis non est, administrare possunt: *Wesemb. in parat. ff. d. n. 5.* Suspicio enim tutoris, approbatione & judicio defuncti tollitur, quia semper præsumitur pater liberis suis providè prospicere velle, *d. l. nec in ea. & d. l. fin. l. si plures. §. 1. ff. de administ. tutor. Wesemb. d. n. 5.* voluntas etiam testatoris servanda, *l. 1. C. de Sacros. Eccles.* ac pro lege habenda est. *l. in conditionibus. 19. ff. de condit. & demonst. §. disponat in auth. de nupt. coll. 4.* Sed necesse est, ut certi tutores à patre constituentur & expriman- tur, datio enim incerti pro nullâ habetur, *l. tutor. 23. 22. ff. de test. tut. §. 27. inst. de Legat. Schneidv. ib.*

#### THESIS IV.

Cessante testamentaria tutelâ, sequitur Legitima, (a) quæ ex solo jure (b) Agnatis, (c) Patronis, (d) ac parentibus defertur. (e)

(a) *l. quamdiu. 89. ff. de R. 7.* quamdiu enim testamentaria speratur, legitima non admittitur, *l. si quis. 11. ff. de test. tut. §. pen. Inst.*



*Inst. de Legit. agnat. tut.* Cessare verò dicitur, quando pater nullum testamentum fecit, vel mentionem tutoris in testamento omisit, aut datus tutor vivo testatore decessit. *l. 6. ff. de legit. tut. §. 2. Inst. de legit. agnat. tut. Schneidov. in pr. d. t. n. 6.* Legitima etiam locum habet, si tutor testamentarius post obitum testatoris vitam cum morte commutat: *l. si quis. sub conditione. 11. §. 3. 4. ff. de test. tut.* aut si in civitate esse desit, *d. l. 11. §. 4. Hænon. d. disp. 7. th. 4. lit. a.*

(b) Lege sc. 12. tabularum, *l. 1. 5. ff. de legit. tut.* vel SCto, vel alia lege; *l. 7. ff. de cap. diminut. in pr. Inst. de legit. agnat. tut.* Unde dicitur legitima, quia neque ab homine, neque à iudice, sed solâ lege constituitur. *Schneidov. Inst. de legit. agnat. tut. in pr. n. 4.* Unde si impedimentum aliquod extat, quo impeditur tutela legitima, non alius tutor interea est dandus, sed curator. *l. 10. §. 5. ff. de Excus. tut. §. fin. Inst. de curat. Treutl. d. disp. th. 3. lit. e. Bachov. sup. Treutl. vol. 2. disp. 9. th. 1. lit. e.*

(c) *in pr. Inst. de legit. agnat. tut. l. 11. ff. de test. tut. l. 1. 6. ff. de leg. . . tut. l. 1. C. eod. Borch. in pr. Inst. eod. & quidem proximis sive uni, sive pluribus pariter in eodem gradu: §. fin. Inst. de capit. diminut. l. si relinquero. 8. l. si plures. 9. ff. de legit. tut.* Secus autem jure Saxonico, quo onus tutelæ ad agnatum seniore[m] spectat. *Landr. art. 23. lib. I. Weichb. art. 49. Schneidov. Inst. de legit. agnat. tut. n. 12. Wesemb. in parat. ff. de legit. tut. n. 1.* Jure communi feudali aut agnatus legitimæ ætatis proximus, qui successurus in feudum, ad tutelam vocatur, *Kling. de legit. agnat. tut.* aut vigore simultaneæ investituræ is, qui spem successione[m] feudalis habet, etiam si pupillo sanguine non sit conjunctus, *Schulz. in synop. Inst. de legit. agnat. tut. lit. b.* aut si vasallus mortuus reliquerit impuberem sine agnato & successore in investiturâ expresso, Dominus in tutelam suam impuberem suscipiat: *Schneidov. Inst. de legit. Patron. tut. n. 3.* Jure autem Saxon. feudali Dominus indistinctè tutelam vasalli sui impuberis subit, ejusque munere fungitur, donec adolescat. *Sehenr. c. 26. vers. der Herr. Wesemb. in parat. ff. de legit. tut. Schulz. d. lit. b.* Agnati vocantur, qui per virilis sexus personas cognatione conjuncti sunt, q. à patre cognati; velut frater ex eodem patre natus,



filius fratris, item patruus ab eodem stemmate procreatus, & qui idem Gentilitium nomen, eandemque familiam, ac eadem insignia habent, vulgò die Schwertmagen, §. 1. *Inst. de legit. agnat. tut.* §. 1. *Inst. de legit. agnat. success.* l. 10. §. 1. 6. ff. *de gradib.* l. 7. ff. *de legit. tut.* Schneidw *Inst. de legit. agnat. tut.* n. 8. Myns. *eod.* n. 3. & hæc vocatio non tantùm procedit usque ad gradum agnationis decimum, sed etiam ultrà: Ubi enim est spes successionis, ibi onus tutelæ esse debet, *in pr. Inst. de legit. patron. tut.* atqui agnati succedunt & in allodialibus in infinitum, §. ult. *Inst. de success. cognat.* §. cæterum. 3. *Inst. de success. agnat.* (etiamsi Schneidw. *inst. de heredit. quæ ab intest. defert.* n. 38. & *de success. int. vir. & uxor.* n. 13. Giph. & vulgò Dd. discrepent) Treutl. *de success. ab intest. tb.* §. lit. b. Forster. 3. *de success. ab intest.* n. 10. Wesemb. *sup. Schneidw.* d. n. 38. & d. n. 13. Hænon. *disp.* 9. *tb.* 10. lit. i. Borch. *Inst. d.* §. ult. & in feudalibus, c. 1. *de nat. succ. feud.* Wesemb. d. n. 38. 13. Myns. 2. *observ.* 95. Gail. *lib.* 2. *obs.* 150. Ergò in infinitum ad tutelam etiam vocantur. Treutl. *d. tb.* 3. *lit.* b.

(d) *in pr. Inst. de legit. patron. tut.* l. 3. *Inst. de legit. tut.* cum eadem lex patronos ad successionem libertorum ab intestato demortuorum vocet, *in pr. Inst. de legit. patron. tut.* ita ex mente legis colligitur eadem lege ad tutelam eos adhiberi Wesemb. *in parat. ff. de legit. tut.* n. 5. ubi enim est successionis commodum, ibi & tutelæ onus esse debet, l. *secundum.* 10. ff. *de R.* 7. *pr. Inst. de legit. patron. tut.* & ubi eadem est ratio, ibi jus idem esse debet. l. *illud.* ff. *ad L. Aquil.* l. *Titio.* 108. ff. *de V. O.*

(e) *pr. Inst. de legit. parent. tut.* Non à Lege sed interpretatione ad similitudinem patronorum tutelæ, ita ut sicut Patronus est heres & tutor servi sui manumissi, ut in lit. d. dictum, ita quoq; pater est heres, & per consequens tutor sui filii emancipati, t. t. *Inst. de legit. parent. tut.* l. 3. §. *fin.* ff. *de legit. tut.* Si nimirum pater emancipaverit filium contractâ fiduciâ, i. e. reservando sibi jura successionis, quæ olim specialiter, h. e. constituto pignore. *Cic. pro Flacco,* fieri debebat, §. *ult. Inst. de legit. agnat. success.* Hodie autem ex Constitutione Justiniani Emancipatio filii semper q. contracta fiducia fieri intelligitur; d. §. *fin.* §. *præterea.* 6. *quib. mod. patr. potest. solvit.*  
Unde



Unde hæc nomen trahit à fiducia & salutatur inde fiduciaria. *Giph. in pr. Inst. de legit. agnat. tut. Schneidw. Inst. de legit. parent. tut. n. 4.* Hæc etiam fratribus fratrum emancipatorum minorum defertur, quia lex propter sanguinis conjunctionem magnam spem ac fiduciam suscipit, æstimans magis eos fideles ac diligentes in rebus pupilli administrandis quam extraneos futuros esse. Hodie autem illa non amplius fiduciaria, sed legitima appellatur ex Constitutionibus Imperatorum, & novissimis legibus, *l. frater. 4. C. de legit. tut. l. 1. ff. de petit. hered. cum differentia Emancipationis quoad successionem sublata sit, l. meminimus. 15. C. de legit. hered. similiter etiam quo ad tutelam derogata esse concluditur.*

### THESIS V.

Cum autem jus vetus correctum sit, ita ut cognati simul cum agnatis ad successionem vocentur, consequenter tutela quoque ad ipsos pertinet (a) legitima, hoc modo, ut Mater & avia (b) si beneficio SC. Velleiani (c) ac secundis nuptiis renunciaverint (d) reliquis Agnatis præferantur. (e)

(a) *c. ex his. 5. Novell. 118. de hered. ab intest. veni. auth. post fratres. & seq. C. de legit. hered. Jason in l. certum. C. unde legit. Olim enim excludebantur à jure successionis pr. Inst. de legit. agnat. success. pr. Inst. de legit. agnat. tut. ratio erat, quia publicè intererat familiarum dignitatem conservari, l. 1. §. sed et si. vers. publicè. ff. de vent. inspiciend. familia autem propriè consistit in agnatione, l. pronuntiatio. 195. ff. de V. S. & dignitas seu honor conservatur per divitias. §. 2. per qua. person. nob. acquir. Quod hodie etiam observatur in feudis, in quibus soli agnati exclusis cognatis successionem nanciscuntur, §. ex his verò. de success. fratr. & quidem propter dictas Jctorum veterum rationes. Cognati autem dicuntur, qui per foeminiæ sexus personas cognatione junguntur, ut uterini, filius sororis &c. l. sunt autem. 7. ff. de legit. tut. §. sunt autem. 1. Inst. de legit. agnat. tut. vulgò Spielmagen Schneidw. d. t. n. 9.*

(b) *auth.*



(b) *auth. sicut heredes. C. de legit. tut.* non autem ob hanc rationem tantum, quod qui habent commodum successione, onus etiam tutelae accipiant *c. 55. de R. J. in 6to. pr. Inst. de legit. Patron. tut.* sed praecipue ob singularem amorem erga liberos, *arg. L. 14. C. qui accus. non poss.* Jure autem Saxon. in administranda tutela Agnati indistincte praeferruntur cognatis, non autem in successione *Landr. lib. 1. art. 23. Wesemb. in parat. ff. de legit. tut. n. 2. Schneidw. Inst. de legit. tut. n. 12.*

(c) Etiam omnibus juris beneficiis, *Novell. 94. c. 2. vers. Velicia. Novell. 118. c. 5. vers. Et nuptiis.* & renunciatio specialiter fieri debet. *Treutl. volum. 2. disp. 8. th. 3. lit. e. Et ib. Bachov.*

(d) *d. Novell. 118. Et d. Novell. 94. auth. matri Et avia. Et juncta auth. Sacramentum, C. quand. mul. offic. tut.* & si transeat ad secunda vota, vel impudice vivere incipit, removetur ipso jure ab officio tutelae, *d. auth. Sacramentum. Wesemb. in parat. ff. de tut. n. 5.* aut si sponsalia tantum celebraverit *Gothofr. sup. Schneidw. in tit. qui test. tut. dar. poss. n. 13. lit. i.*

(e) *d. Novell. 118. c. 5. d. auth. matri Et avia. Treutler. d. loc. th. 3. lit. d. Schneidw. Inst. qui test. tut. Et c. n. 10.* etiam si sint debitrices & creditrices filiorum, *auth. ad haec. C. quan. mul. offic. tut. fug.* & non solum legitimorum, sed naturalium etiam liberorum suorum tutela fungi possunt, *d. auth. ad haec. Wesemb. in parat. ff. de tut. n. 5.* Unde si iudex tutorem dederit, ignorante matre nihil dedisse existimatur. *Treutl. d. th. lit. e. Haen. disp. 7. ff. th. 4. lit. b.* Et hoc etiam jure Saxon. observatur, ita quidem ut jure paterno etiam administrarent, & lucrentur fructus, donec impuberes in legitimam aetatem perveniant. *Landr. lib. 1. art. 11. Treutl. d. th. 3. lit. d. Wesemb. in parat. ff. de tut. n. 5. Zang. in t. de Except. p. 2. c. 8. n. 96. Schults. in synop. Inst. de legit. agnat. tut. lit. b.* In arbitrio autem matris & aviae est utrum velint an nolint subire administrationem tutelae. *d. auth. matri in verbo permittimus. in l. fin. in pr.*

*C. quand. mul. tut. off. Et c. in verb. si voluerint. Haenon. d. loc. Schneidw. d. loc. n. 10.*

THESIS



T H E S I S      V I.

Non existentibus Testamentaria ac legitima tutela, (a) succedit Dativa, (b) Est autem hæc datio tutoris actus legitimus (c) per quem magistratus (d) tutorem dat impuberi (e) jurisdictioni suæ subjecto, (f) aut petitione vel necessariâ, (g) vel voluntaria (h) præcedente, aut ex officio (i).

(a) Si scilicet neq; testamentarius, neq; legitimus adest *pr. Inst. de Attil. tut.* aut si adest quidem, ut suspectus tamen remotus, *l. licet. C. in quib. casib. tutor. vel curat.* aut excusatus, *d. l. licet & l. 2. ib. l. u. ff. de test. tut.* aut mortuus, *l. 3. C. de tut. vel curat. quisat. non cog.* aut relegatus, *d. l. licet.* aut reip. causâ absens, *l. quasitum. 12. ff. de tut. l. si tutor. 9. ff. de tut. & ration. distrab. l. 1. C. in quib. casib. tut. & c.* Sic etiam in locum surdi, muti, furiosi aut a-  
lio morbo perpetuo infecti alius tutor est dandus. *l. pen. ff. de tut. arg. §. sed & mente. Inst. de curat.* eodem modo datur, si proximus agnatus est minor, & spes est ut efficiatur prius major, quam pupillus, tunc interim datus administrat, donec proximior fiat major, *l. non solum. 10. §. si libertus. 7. ff. de excus. tut.* Secus autem si ea spes non adest; tunc sequens agnatus fit tutor. *Schneidew. Instit. de fiduc. tut. n. 6.* Jure verò Saxon. indistinctè sequenti agnato tutela defertur. *Weichbild. art. 49. Schn. d. loc. Schulz. in Synops. Inst. de legit. agnat. tut. lit. b.*

(b) *l. fin. C. de legit. tut. l. dativus. 7. ff. rem pupil. salvam for.* quæ aliàs dicitur honoraria ab honoribus, hoc est, magistratibus. *§. prætorum. 7. Instit. de jur. N. G. & C. Vultej. lib. 1. jurisprud. Rom. n. 98.*

(c) *l. 77. ff. de R. I. Treutl. in disp. 8. vol. 2. th. 7. lit. b. & ib. Bachov. Cujac. 15. observ. 16. Hænon. d. disp. th. 6. lit. f.* Judex enim neque ad diem, neque sub conditione tutorem dare potest. *l. 6. §. ff. de tut.*

(d) Cui specialiter hoc concessum est, *l. 2. 3. ff. de tut. & curat. dat. §. 1. Instit. de Attil. tut. l. fin. C. de legit. tut.* Non omnibus

C

bus



bus quidem magistratibus potestas dandi tutores permiffa est, sed præfecto, Prætori Romæ, ac præfidibus provinciarum, §. *sed hoc jure. Inst. de Attil. tut. §. nos autem eod. ut in th. 1. latius est dictum.* Hodiè de consuetudine ac jure scripto omnis magistratus municipalis, tutores dare potest. *l. 1. C. de Emancip. lib. Ordin. Carol. V. Augusta Anno 1548. promulg. rubr. Von den Puppillen vnd Minderjähriigen Kindern / Tutorn vnd Vormündern. §. So wollen wir. Schneidw. Inst. de t. n. 4. Schulz. d. t. lit. a.* Unde quaeritur, an datio tutoris ad Cameram tanquam magistratum ordinarium spectet? affirmamus quo ad personas Cameræ immediatè subjectas. *Geil. 1. observ. 1. n. 47. Hænon. disp. 7. ff. th. 5. lit. b. Treutl. d. disp. th. 4. lit. a.*

(e) Non attendenda fortunâ nec dignitate: Tam Regibus & aliis illustribus personis tutores adjunguntur. *l. 1. C. de tut. illustr. person. quàm plebejis. Wesenb. in Parat. ff. de tut. n. 5. vers. nec interest.*

(f) Sive quoad habitationem & bona simul subjecta, *l. un. C. ubi pet. tut. l. 1. in fin. ff. de Attil. tut.* sive quoad originem tantum: *Schneidw. Inst. d. t. §. nos autem, 25. §. de Excusat. tut. §. datus. n. 2.* non autem quoad habitationem tantum: quia æquitati non est consentaneum eos gravari tutelâ, apud quos pupillus peregrinus est vel hospes, nec vix pupillus domicilium habere dici potest. *Bachov. ad Treutl. vol. 2. d. disp. th. 4. lit. d.* Eodem modo tutor jurisdictioni subjectus esse debet, *l. jus dandi. ff. de tut. §. curat. §. c.* ex vicinâ tamen provinciâ judex tutorem idoneum eligere potest si in sua provincia desinunt esse idonei. *Cujac. ad l. 1. de Excusat. tutor. Schneidewin. d. §. nos autem. n. 9.*

(g) Matris nimirum 25. annis majoris, *l. 1. de l. 7. §. 1. ff. qui pet. tutor. l. matris C. eod. l. 2. C. si advers. delict.* Et hoc verum est, si ad secunda vota transierit: *auth. iis pœnis. C. de secund. nupt.* Si enim omiserit infra annum petitionem tutoris, nec rationem administrationis reddiderit se indignam facit successione tam ab intestatò, quàm jure substitutionis, *l. scient. 10. C. de legit. hæred. l. 2. 3. in fin. ff. qui pet. tutor. l. 2. §. si mater. ff. ad SC. Theophyll. §. sed quemad-*



quemadmodum. 6. Inst. eod. l. fin. §. 2. C. de administr. tutor. Wesenb. in  $\pi$ . ff. qui pet. tutor. Schneidew. Inst. de hered. quæ ab intest. defect. in ord. ascend. n. 17. Vultej. lib. 1. jurispr. Roma. c. 25. n. 2. Cujac. 17. observ. 7. Et hoc non tantum procedit si filius est legitimus, sed etiam si est naturalis, l. ult. C. qui pet. tut. §. ult. Inst. ad SC. Tertyll. & hoc quidem modo, ut error juris matrem non excuset. d. l. ult. C. de injus vocan. Gothofr. in d. l. ult. Jure verò Saxon. mater filio naturali tutorem peterenon obligatur. Sandr. lib. 1. art. 48. Treutl. d. disp. th. 4. lit. d. Sed quicquid dicitur de matre, illud dici etiam de aviâ volumus. l. liberorum, §. ult. ff. de V. S. Ad hanc petitionem Liberti etiam accedunt, si evitare pœnam cupiunt. d. l. 2. ff. qui pet. tutor.

(b) ad hanc referuntur cognati reliqui, d. l. 2. ff. l. amita. C. qui pet. tut. & fœminæ pietatis necessitate ductæ. §. consequens. 3. Inst. de susp. tut.

(i) Si nullus ejusmodi suprâ dictorum provideat pupillo, aut nullus ad sit. l. 1. ff. de jurisdic. l. 6. C. qui dar. tut. vel curat. poss.

#### T H E S I S V I I.

Porrò à judice tutores dari nequeunt: Quidam propter ætatem, (a) Sexum, (b) morbum, (c) suspicionem, (d) quidam ob dignitatem. (e)

(a) Minores 25. annis, l. fin. C. de legit. tut. si tamen dantur, sub tacita conditione, si scilicet majores fuerint, tutelæ administratione fungi intelliguntur, l. furiosus. ii. ff. de tut. §. item major. Inst. de Excusat. §. fin. Inst. de fiduc. tut. §. furiosus. Inst. qui testam. tutor. dar. poss.

(b) Mulieres, l. 1. C. quand. mul. tutor. offic. l. jure nostro. ff. de test. tut. l. fin. ff. de tut. cum tutela sit munus virile: pr. Instit. qui test. tutor. dar. poss. nisi ex indulgentia Principis. d. l. fin. ff. Wesenb. in  $\pi$ . ff. de tut. n. 5. item servus. l. in servili. 7. C. eod.

(c) Mutus vel surdus, l. 1. §. fin. ff. de tut. Immò nec legitimi nec testamentarii esse possunt l. pen. ff. de legit. tut. item cæcus, l. luminibus. 3. C. qui dar. tutor. vel curator. poss. item furiosus. §. furiosus Instit. qui test. dar. poss.

C 2

(d) Cre-



(d) Creditor & debitor pupilli, aut minoris, *auth. minoris. C. qui dar. tut. poss.* sic etiam qui vitricus fit pupillo, ducta ejus matre, *Wesenbec. in w. ff. de tut. n. 5. Bald. in l. omnem. C. ad SC. Tertull. utiq; & is qui cum pupillo litem habet, l. idem. 17. §. 1. ff. de test. tut.* eodem modo socius bonorum, & cohæredes, intellige extraneos.

(e) Utpote Miles, *l. 4. C. qui dar. tutor. poss. §. item & in 14. Instit. de Excusat. tutor. Colonus Principis, l. fin. C. d. t.*

## THE S I S      V I I I .

Antequam de tutelæ administratione differamus, prius despiciamus de curâ. (a) Quæ est potestas (b) ad bona minoris (c) volentis (d) vel majoris vitio corporis, (e) aut mentis, (f) laborantis inviti. (g) Et datur vel â magistratu, (b) vel â Lege. (i)

(a) Unde ii Curatores appellantur, qui hâc funguntur, §. 1. *Instit. de curat.*

(b) Sicut enim pupillus est in potestate tutoris, vid. *tb. i. lit. c.* ita quoque minor est in potestate curatoris. *pr. Instit. de curat.* Minor autem incidit in hanc aut â principio, ut finitâ tutelâ: Hodiè autem ex generali quadam Germaniæ consuetudine, curator manet qui tutor erat, & sic tutela & cura conjunguntur. *Geil. 1. observ. 96. n. 6.*

(c) ad differentiam tutelæ, cum hæc impuberibus, illa autem regulariter puberibus detur: *pr. Instit. de curat.* puberes verò & viri potentes vocantur, qui decimum quartum aut duodecimum compleverint, & 15. aut 13. attigerint. *pr. Instit. quib. mod. tut. finit.* Quod & Jure Saxon. observatur in allodialibus: In feudalibus verò pubes quis dicitur, quando 13. annum & 6. hebdomadas excescit *Schneid. pr. Instit. quib. mod. tut. finit. n. 4. Heig. ib.* Jure autem communi feudali secus est. *c. un. de prohib. feud.* Principaliter quidem Curator bonis datur, *l. in copulandis. C. de nupt. l. 20. ff. de rit. nupt.* etiam certæ rei & causæ, §. 2. *Instit. de curat. l. non*



*l. non tantum. § 7. ff. de tut. & curat.* Secundario tamen personæ ad-  
jungitur. *l. 7. ff. de curat. furios.* Aliquando etiam evenit ut im-  
puberi curator detur, quod verò tunc procedit, si pupillus ju-  
dicio agit cum tutore, tunc adjungitur tutori curator, § *ult. Inst.*  
*de antor. tutor.* si sc: non habeat contutorem, *Novell. 72. c. 2.* sic si  
tutor reip. causâ est absens, relicto tamen contutore, quo expe-  
diri possunt, quæ ad officium tutoris pertinet, *l. 15. 16. ff. de tut. &*  
*curat. §. 2. Inst. de Excus. tutor.* vel ad certum tempus relegatus  
*l. 28. ff. de excus. l. 14. §. quid ergo. 3. ff. de solut.* tunc curator ejus vi-  
cem sustineat: item tutori adjungitur curator, si gravatus est  
paupertate & pupillus de substantiâ periclitatur. *l. pietatis. 6. C.*  
*de suspect. tut. Schneidw. in §. 6. Inst. de excus. tutor. n. 1. in fin.* In  
hoc casu differt cura à tutelâ, quod curator habenti curato-  
rem datur, *l. 20. §. 1. ff. de curat. & tut. dat. l. 12. C. qui dar. tutor.*  
*poss. §. 5. Inst. de curat. Vultej. in jurispr. Roma. lib. 1. c. 28. n. 35.* Secus  
autem in tutelâ *l. 17. ff. de test. tut. d. §. 5.* Quia tutor in univer-  
sum personæ pupilli prælatus est, & plenam accepit admini-  
strationem universorum bonorum, §. *17. Inst. 7. Excus.* ideo ci-  
tra notam alius ei adhiberi nequit *Bacchov. d. §. 5.*

(d) nisi ad litem detur: §. *Inst. de curat. & ib. Schn. Wesenb.*  
*in w. ff. de tut. n. 7. Mynsing. 2. observ. 31. Geil, 2. observ. 108.* Jure et-  
iam Saxon. inviti minores curatores non accipiunt. *Sandrecht.*  
*lib. 1. art. 42. Wesenb. in w. ff. d. t. & d. 1. vers. illi invitis. Schulz. In-*  
*stit. de curat. lit. b.* Novo autem jure invito curator datur *l. 1. C.*  
*quand. curat. vel tut. esse desin. Treutl. d. disp. 8. th. ult. lit. a. & ib.*  
*Bachov.* quod & confirmatum est Constitutione Politicæ Caroli  
V. & Rudolphi II. Augustæ promulgata Anno 1548. sub tit.  
*Von den Pupillen vnd minderjârigen Kindern Tutorn vnd Vor-*  
*mündern / ubi hæc verba. Wir wollen allen vnd jeden Churfürsten /*  
*&c. Hiemit auffgelegt haben / die verschung zu thun / vnd zu verord-*  
*nen daß den Pupillen vnd Minderjârigen Kindern jederzeit / biß sie*  
*zu ihren Volgfbaren vnd Mannbaren Jahren kommen / Vormün-*  
*der vnd Vorsteher gegeben werden.*

(e) utpote muti, surdi, & sontoico vel alio morbo perpetuo la-  
borantes, §. *4. Inst. de curat. & ib. Schn. n. 10. Myns. Vultej. Wesenb. in l. 2.*  
*ff. de curat. furios.*



(f) ut sunt furiosi, mente capti & prodigi: d. §. 4. & 3. *Instit. d. t.* Prodigus verò dicitur, qui nullum modum & finem expensarum habet; l. 1. ff. de curat. furios. l. 3. §. ult. ff. de postul. Non autem ipso jure prodigo administratio bonorum adimitur, sed ex judicis interdictione. l. 1. l. Julianus. 10. l. & mulieri. 15. l. 6. ff. de empt. furios. l. patr. 27. in pr. ff. de V. O. §. item prodigus. *Instit. quib. autem est permiss. fac. testam.* §. Gæd. in tract. de contrahend. stipulat. cap. 7. conclus. n. 10. n. 141. Giphon. ad l. 40. ff. de R. J. Cujac. in l. 6. ff. de V. O.

(g) Expedit enim Reipub: ne quis re suâ malè utatur, §. 3. *Instit. de his qui sunt sui ad alien. jur.* Interest etiam Reipubl: divites & locupletes habere cives. *Novell. 8. pr.*

(b) ab eodem scilicet à quo & tutor, l. 3. ff. de tut. & curat. dat. §. 1. *Instit. de curat.* Testamento enim non datur, datus tamen confirmatur, l. 1. ff. de confirmat. tut. l. curatorem, C. de negot. gest. l. pen. C. de test. tut. §. 1. *Instit. d. t. Treutl. d. disput. tb. 8. lit. b. Cujac. 7. observ. 6.* furioso testamento datur, l. de creditoribus. 27. C. de Episcop. audi. l. fin. §. secum C. de autor. tutor. ad Exemplum enim pupilli curator furiosi personæ regulariter datur. *Schneidewin. Instit. de curator. n. 8. infr. & §. 3. n. 2. in fin.* Hodiè autem indistinctè sine Confirmatione curatorem testamento dari non dubitatur ex d. Constitutione Caroli V. & Rudolphi II. rubr. Von den Pupillen vnd Minderjährligen Kindern/Tutorn vnd Vormündern.

(i) Lege 12. tabularum agnatis proximis cura legitima furiosi & prodigi deferri dicitur: §. 3. *Instit. de curat. l. si furiosi. 25. C. de empt. l. 1. ff. de curat. furiosi. l. a. C. eod. Vultej. d. c. n. 38. 39. l. 13. d. §. 3. Instit. d. l. 1. l. 6. d. l. 13. ff. de curat. furios.*

THESIS



THESIS IX.

Antequam tutor vel Curator constitutus administrationem subeat: Requiritur confectio inventarii, (a) juramenti præstatio rem pupilli salvam fore, (b) satisfactio, (c) & deniq; decretum judicis. (d)

(a) *l. tutor. 7. ff. de administrat. tutor. l. tutores. 14. C. eod. l. de creationibus. 27. C. de Episcop. audien. l. 7. §. Et siquidem §. 6. C. de curat. furios. Novell. 94. c. fin. & quidem omnium bonorum, tam mobilium quam immobilium, tam corporalium quam incorporalium, tam præsentium quam futurorum. Schneidw. Inst. de legit. agnat. tut. n. 16. Roland. à Vall. vol. 2. consil. 73. n. 43. Vultej. jurisprud. Rom. lib. 1. e. 25. n. 43. Hæc autem fieri non tutoris sed pupilli Impensis debet. Mynsing. 6. observ. 39. n. 7. & per publicum instrumentum coram Notario publico ac testibus *l. orphanotrophos. C. de Episcop. & cleric. Vultej. d. lib. 1. n. 44. Mynsing. d. observ. n. 3. Wesenb. in w. ff. de adm. tut. n. 4. & Instit. de hered. qualit. §. ult. ac extra etiam judicium. Schneidw. Inst. de legit. agnat. tut. n. 16. Wesenbec. in w. ff. qui test. facer. pass. n. 10. vers. apud acta autem: Et Inventarium ita necessariò à tutore requiritur, ut, si illud omiserit, vel in confectioe ejus res aliquas silentio præterierit, in dolo esse dicatur, & contra eum tanquam suspectum in litem juretur de omnibus damnis, expensis & interesse: *l. ult. in fin. fin. C. arbitr. tut. Mynsing. de observ. n. 4. 6. Wesenbec. it w. ff. d. t. n. 4. Nisi pater testamento expressè hoc tutori remiserit. d. l. fin. §. ult. C. arbitr. tut. l. ult. §. 1. ff. de lib. legat. Patri enim omnia propter naturalem affectum concessa esse videntur: l. Aurelius. §. 3. ff. de liberat. legat.***

(b) & ut ex bona fide utilia facturus & inutilia prætermisurus sit, *l. ult. §. omnium autem C. de administr. tut. l. tutoris officium. 3. ff. de administr. tutor. l. 27. C. de Episcop. audient. Novell. 72. c. fin. Wesenbec. in Paratit. ff. de tut. n. 5. & ff. de administr. tut. num. 4. Mynsing. de observ. Vultej. pr. Instit. b. t. num. 12. in fin. & jurisprud. Rom. lib. 8. c. 25. num. 45, & rationem reddendam*  
tutelæ



tutelæ citationi comparere velit: *Gotthofred. sup. Schneidw. d. loc. n. 18.* Hodiè verò juramentum corporale perrarò præstant, sed admonentur ejus, quod magistratui suo promiserunt. *ib. n. 17.*

(c) *l. 1. §. 1. & §. fin. ff. rem pupill. for. d. l. 27. C. Episcop. audient. l. fin. §. 4. ff. de curat. furio. pr. Inst. de satisd. tutor.* Non omnis autem sed legitimus ac dativus qui sine inquisitione à majoribus magistratibus, aut cum inquisitione à minoribus datus est: *l. legitimos. §. sed etiam. ff. de legit. tut. pr. Inst. de satisd. tutor.* Hodiè tamen indistinctè omnibus satisdatio necessariò inhæret ex Constitutione Caroli V. & Rudolphi II. in Comitibus Augustanis Anno 1548. factam sub tit. Von den Pupillen vnd Minderjährigen Kindern/Tutorn vnd Vormündern/ibi sic verba sonant; Das auch ein jeglicher Vormündern/er sey gleich Testaments weiß verordnet/oder durch das Recht vnd Richter gegeben/sich der Vormundschaft nicht vnterziehen soll/die verwaltung sey ihm dann zuvor durch die Obrigkeit decerniret vnd befohlen/vnd daß er nach befohlenen verwaltung von allen Gütern/ligend vnd fahrend/schulden vnd Registern/ein Inventarium auffrichte/vnd rechtmessige Caution vnd versicherung thue/&c: Jure verò Saxon. de Satisdatione non tenetur proximus hæres. *Landr. art. 32. lib. 1. his verbis? Wann der Vormunde Erb ist/der darf keinen Mann berechnen des Kindes Gut noch Bürgen setzen &c: Schulk eod. lit. b. Eaque fieri debet fidejussoribus, l. 1. ff. qui satisd. cog. l. 3. & 7. ff. de stipul. prætori. l. 1. ff. rem rat. habe. Wesenbec. in Paratit. ff. d. t. n. 5. Vultej. in pr. Inst. de satisd. tutor. & jurispr. Rom. d. lib. n. 45. Schneidw. Inst. de legit. agnat. tut. n. 19. & de satisd. tutor. in pr. n. 4. & pignoribus si fidejussores tutor adhibere nequit, l. 4. §. 3. l. 1. §. 9. ff. de collat. Gotthofr. in l. 2. pr. ff. qui satisd. cogunt. & in d. l. 7. ff. Obrecht. th. 362. Schneidw. Instit. de satisd. tutor. n. 4. & de legit. agnat. tut. n. 19. Bachov. sup. Treutl. vol. 2. disp. 8. th. 5. lit. b. non autem juramento l. 2. C. de tut. & curat. qui satisdar. non ded. Geil. 2. observ. 47. Schneidw. Instit. d. t. n. 4. Treutl. d. th. 5. lit. c. Jason. in l. 2. pr. qui satisd. cog. n. 2. Hænon. d. disp. 7. th. 7. lit. c.*

(d) l. 3.



(d) l. 3. §. pen. ff. de administr. tutor. Schneidw. de legit. agnat. tut. n. 13. Quod & confirmatum est d. Policeyordnung Caroli V. §. daß auch ein jeglicher. secus autem si periculum ex mora extimescendum est, tunc enim expectare decretum judicis tutor non tenetur. Wesemb. in  $\infty$ . ff. de tut. n. 6. Vultej. jurispr. Rom. d. c. n. 6.

#### THESIS X.

Peractis sic ejusmodi requisitis, officium tutoris vel curatoris statim incipit, quod ipsa est tutelæ administratio, quæ consistit in bona educatione pupilli, (a) ejusque conservatione, (b) ac justâ alienatione rerum, (c) & in autoritate, (d) vel consensu præstando. (e)

(a) Quæ, vel apud Eum quem testator nominavit, Inst. de aut. §. 6. n. 4. vel matrem viduam nondum nuptam, Novell. 22. c. 38. vel apud eum, quem Prætor seu Præses ob dubitationem cognatorum, matris, ac tutorum, vel propter suspicionem determinati à testatore delegerit, fieri debet: l. 5. ff. ubi pupill. educ. Vultej. d. loc. Cuj. d. l. Wesemb. in  $\infty$ . ff. ubi pupill. educ. n. 7. caveat autem, ne illum eligat, qui vitæ ac pudicitia impuberis, structurus sit infidias, l. 2. C. ubi pupill. educ. l. 1. §. 1. & l. 5. ff. eod. circa educationem & hoc versatur, quod pupillum bonis moribus imbuere & artibus liberalibus si idoneus est, vel aliis artificiis honestis informare tutor vel curator teneatur, l. cum patres. 12. §. 3. ff. de administr. tut. l. 2. C. de aliment. pub. præst. Vultej. d. lib. & d. n. ejusq; informantibus salarium præstare, d. l. 12. §. 3. amictum & reliqua alimenta decreto prætoris, l. 1. 2. C. de aliment. præst. pupill. pro facultate patrimonii ac dignitate pupilli adhibere: l. ult. ff. de aliment. & cib. legat. Impensas autem educationis non ex ipso patrimonio germ. Hauptstuel; sed ex fructibus ejus solvere debet. Wesemb. in  $\infty$ . ff. de administr. tut. n. 4. & ubi pupill. educ. n. 3.

(b) Tanquam bonus & diligentissimus paterfam: l. 33. l. 10. ff. de administr. tutor. sic tutor pecunias pupilli in prædiorum ac multò magis rusticorum, (hæc enim neque auferri, neque dirimi, neque incendio tolli possunt,) Emptiones collocet. Wesemb. in  $\infty$ . ff. d. t. n. 4. Vultej. d. c. n. 59. Ad conservationem etiam pertinet, ut actio-

D

nes



nes pupillo competentes intendet, *l. 1. §. ult. l. 22. 23. ff. de administr. tut.* debita oportune, dum sc: debitor adhuc solvendo est, exigat, ne pupillus privetur debito, si postea egenus fieret, *l. tutor. constituitur. ff. de administr. tutor.* ac solutio solers, ne sc: pupillus magnis usuris gravetur. *l. 23. C. de administr. de tut.* Unde & sibi ipsi solvere potest, §. 7. *ff. de administr. tutor. Treutl. d. th. 6. lit. g.* Non obstante neminem in propriam causam auctorem esse posse: *l. 1. §. 13. ff. ad SC. Trebell. l. 5. §. 2. 3. l. 7. ff. de aut. tutor. §. 4. Inst. eod.*

(c) Nihil tutori ex rebus immobilibus, *l. 1. §. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt. l. lex qua. §. 1. §. nec vera. C. de administrat. tutor.* & mobilibus, quæ servando servari possunt, sine decreto iudicis alienare concessum est, *Schneidw. Inst. de aut. tut. §. fin. n. 22. & de vend. & Empt. §. fin. n. 5. Vultej. d. lib. 1. n. 60.* nec transigere, *Geil. 2. observ. 22. n. 3.* cum transactio species sit alienationis, *l. 1. §. 6. ff. si quid in fraud. patron. fact. sit.* nisi in causis obscuris & dubiis, *l. factum curatoris. C. de pact. l. ab agnato. ff. de curat. furios. l. praesec. 12. C. de transact.* nec pignori obligare seu hypothecare, *d. l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 7. C. de reb. alien. non alien. nec donare, Geil. d. observ. n. 4.* nisi utilitas & dignitas pupilli svadeat, potest: *l. 1. §. 1. ff. de tut. & ratio. distrab. l. filiusfam. ff. de donat. Geil. d. observ. n. 9. Treutl. d. th. 6. lit. b.* Si igitur alienatio seu hypothecatio ejusmodi rerum facta, sine decreto iudicis, ipso jure nulla est, *d. l. lex. 22. §. pen. C. de administr. tutor.* ita ut res immobiles sine decreto iudicis alienatae (nisi defunctus in testamento expresserit eas alienandas esse, *l. 1. 3. C. quan. decret. judic. op. non est.* vel necessitas postulaverit. *l. 1. C. de prat. minor.*) in Dominio minoris permaneant, *d. l. lex. l. si praedium. 16. C. de prat. minor.* & vindicari possint, *d. l. praedium. l. magis puto. §. monet ff. de reb. eor. qui sub tut. Schneidw. d. loc. n. 27.* Eas autem quæ servando, servari nequeunt, alienare sine decreto iudicis non prohibetur. *d. l. lex qua in pr. & §. jam ergo. C. de administr. tutor. l. fin. C. quan. decret. opus est. Treutl. d. th. 6. lit. b.*

(d) Quæ tutoris tantum est, *l. 5. ff. de aut. tutor.* Magistratus igitur vice ejus author fieri non potest, *Cuj. observ. lib. 7. c. 13.* Quod & jure Saxon. observatur: *Sandr. lib. 1. art. 41. 44. & seqq.* imò nec  
pater



pater qui pupillum in sua potestate habet, autor rectè fit, *l. ult. § 1. ff. de V. O. § 9. Inst. de inutilib. stipulat.* nec tutor honorarius, *l. obligari. 9. § tutor. ff. eod.* Quod attinet auctoritatem, dicimus eam requiri in omnibus contractibus, qui pupilli conditionem deterioreni facere possunt, *pr. Inst. de aut. tutor. § 9. Inst. de inutilib. stipul. l. obligari. ff. de autor. tutor. l. pupillus. 11. ff. de acquir. dom. pure; l. 8. ff. de autor. tutor.* Eaqu; in ipso negotio ad integrandam personam interponi debet, *§. 2. Inst. de aut. tutor. Wesemb. in  $\infty$  ff. eod. n. 5. Vultej. Inst. §. pen. d. t.* post tempus enim contractus, vel per epistolam, vel nuntium interposita, nulla est, *d. §. 2. Gothfr. in d. l. 1.* quia non fieri & minus legitime fieri in jure paria sunt. *l. 1. §. in quib. ff. quod cujus univers. sine tutoris auctoritate, pupillus nihil agere potest, l. 1. ff. de aut. tutor. §. 1. Inst. eod.* adeò ut hereditatem adire nequeat, etiam si lucrosa videatur, *d. l. 9. §. 3. d. §. 1. Inst.* quia adeundo contrahere videtur, *l. apud Julianum. ff. ex quib. caus. in poss. l. more. ff. de acquir. her. nec Bonorum possessionem petere, d. §. 1. cum in effectu ferè idem sit cum hereditate, l. 18. in fin. C. de jur. deliber. neque debitum suo creditori solvere ratione solutionis seu liberationis, §. 2. Inst. quib. ali. lic. vel non. l. 9. §. 2. ff. de autor. tutor.* Solutio enim est alienationis species, & quod solvit non fit accipientis, *d. §. 2. v. 5.* nisi creditor hanc pecuniam accipiens consumpserit, tunc enim liberatur, *l. non omnis. §. si pupillus. ff. si cert. petat. Mynsing. in d. v. sed ex diverso. n. 4.* ideoque nec mutuam pecuniam dare potest. Sic e contra debitor pupillo creditori solvens non intercedente jussu judicis & auctoritate tutoris haut liberatur, nisi pecunia adhuc sit integra vel ex eà pupillus locupletior factus sit, tunc enim debitor se tueri potest per exceptionem doli mali adversus eandem pecuniæ summam petentem, *l. 49. ff. de solut. d. §. 2.* Et nec ipse tutor cum pupillo contrahere potest, *l. non licet. 46. ff. de contrab. Empt. l. pupillus. 9. ff. de aut. tutor. l. cum ipso. 5. C. de contrab. Empt.* cum nemo in sua propria causa autor esse possit. *§. 4. Inst. de aut. tutor.* Sed hinc non incongruè quæri potest utrum pupillus, si contrahit sine auctoritate tutoris, obligetur naturaliter? Quamvis tot sententiæ ferme sint quot capita, tamen dicimus eum ne naturaliter quidem obligari, nisi locupletior factus sit: *l. 59. ff. de oblig. & act. l. 5. ff. de aut.*



tut. l. 127. ff. de V.O. l. 13. in fin. l. 14. l. 41. ff. de condict. indeb. l. 1. ff. de novat. l. si pupillo. ff. ad L. Falcid. l. strictum. 94. §. naturalis. 4. ff. de solut. l. si ejus. 64. ff. ad SC. Trebell. arg. l. 3. §. 4. ff. de negot. gest. arg. l. 3. in pr. ff. commod. Treutl. d. th. 6. lit. b. Vultej. discept. Scholast. c. 16. Giph. disp. Inst. 6. n. 9. Paci. cent. 4. quest. 9. & Inst. de aut. tutor. Hæn. d. th. 8. lit. e. Keyger in process. judic. disp. 14. corollar. 2. Cuj. in d. l. si pupillus. 127. & lib. 17. observ. c. 4. Gædd. tract. de contrab. stipulat. c. 7. conclus. 12. n. 212. & seqq. Secus enim in delictis, in quibus pupillus qui proximus pubertati & doli capax est, tam civiliter, *l. ita vulneratus. §. estimatio. ff. ad L. Aquil.* quam naturaliter obligatur, solet tamen poena mitigari. *l. 1. §. ult. ff. de furt. Schneidw. Inst. de aut. tutor. n. 19. 20.* Quod & Jure Saxon statuitur *lib. 2. art. 65.* his verbis: *Kein Kind mag vnter seinen Jahren was thun / da es seinen Leib mit verwircken kan. Erschlägt aber ein Kind einen Mann / sein Vormundt sol es bessern mit einem Wehr-geldt.* Sed iterum quæritur, an tutor ad præstandam auctoritatem à magistratu cogi possit? Id negatur, damnum enim & res ipsorum vertitur, *l. si tutor. 17. ff. de aut. tutor.* nisi expressè constat contractum pupillo saluberrimum esse. *Gothofr. in d. l. si tutor. Wesemb. in c. ff. eod. n. 3. circa fin.*

(e) Qui ad confirmationem actus interponitur, & quidem post actum. *l. semper. 60. ff. de R. J. l. fin. ff. ad SC. Maced. Wesemb. in c. ff. d. t. n. 5.* Sic jure Saxon: mariti, qui eodem jure uxoris suæ curator est, *lib. 1. art. 31. 45. lib. 3. art. 45.* consensus requiritur in alienatione vel donatione uxoris, *Weichb. art. 45. Wesemb. in c. ff. de feud. dot. n. 7. & de aut. tutor. n. 5. Schneidw. de donat. causa mort. n. 18.* Si autem mulier contrahat cum marito, vel cum extraneo in ejus tamen utilitatem, alius curator adjungitur, cujus consensu actus confirmatur: *Wesemb. in c. ff. d. n. 7.* ita jure communi curator cum minore contrahere nequit, nisi consensus concuratoris accedat. *l. 5. ff. de aut. tutor.* Cum autem consensus accedere debere dicatur, quæritur, an minor contractum inire possit sine curatoris consensu? Dicimus eum contrahere posse, ut hereditatem adire, *l. 25. in fin. ff. de appell.* illamque restituere, *l. 11. §. 14.* & nubere viro ac ducere uxorem; *l. 20. ff. de rit. nupt. & ib. Gothofr. in d. l. 101. ff. de V.*



*ff. d. V. O.* In iudicio verò sine ejus autoritate eum agere nihil posse, cum minor 25. ann. legitimam personam standi in iudicio non habeat. *l. 2. C. qui leg. pers. stand. l. neg. tutores. ff. de aut. tutor.* Sic etiam jure Saxon. mulieri tutor datur, qui judiciarius appellatur, *Sandr. lib. 1. art. 47. in pr.* sine cujus autoritate iudicio comparere & actiones intentare non potest, *lib. 1. art. 46. Schulk. in d. synopsis. de aut. tutor. lit. a.* etiam si sine autoritate ejus in iudicio defendere queat. *Rönig. in process. c. 8. Schneidw. de donat. int. viv. n. 54.* An autem illud, quod de minore conclusum est, locum habeat in prodigo? Et deciditur, quod nec naturaliter, nec civiliter obligetur, quia æquiparatur furioso, *l. is cui. 6. ff. de V. O. l. 40. ff. de R. 7.* etiam si jura verit, quia quod nullum est, juramento corroborari nequit: *l. in contractibus. 14. §. illo videlicet. C. de non numer. pec.* sic prodigi contractus ipso jure nullus est. *l. 1. ff. de cur. furios. & al. dand. Gædd. de contrab. stip. c. 7. concl. 10. n. 126. & seqq. Fachin. lib. 2. cont. c. 64. Covar. in c. quamvis de pact. in 6to. part. 2. §. 3. n. 8. Hænon. d. disp. 3. Inst. th. 12. 13. Gometz. lib. 2. var. resol. c. 14. n. 12. Rober. disp. 5. th. 7.*

#### THESIS XL

Cum dictum sit de tutelæ & curæ constitutione, earumque administratione: antequam de ipsa solutione loquamur, prius videndum erit, an quis cogi possit ad suscipiendam tutelam, & an quandoque quis justè ab hoc munere excusari possit? Utrumque affirmatur: (a) Excusatio autem justa dicitur, quæ fit ob diversam valetudinem, (b) liberorum multitudinem, (c) tria onera tutelæ, (d) literarum imperitiam, (e) litem cum pupillo, (f) potestatem cum dignitate conjunctam, (g) absentiam Reip: causâ, (h) paupertatem, (i) inimicitias defuncti, (k) ætatem septuaginta annorum, (l) professionem. (m)

(a) à magistratu quidem cogi potest, *l. 1. pr. ff. de administr.*

D 3

tutor.



tutor. §. 16. Inst. de Excus. l. si quis magistratus. ff. de muner. & hon or.  
l. præs. 3. C. de susp. tutor. l. nullus. l. vacuatis. C. de decur. tamen si ju-  
stam causam habet se excusare potest, l. 1. ff. de vacat. mun. quod in-  
tra tempus 50. dierum fieri debet, l. scire oportet. 13. §. 1. l. quinquagin-  
ta. ff. de Excus. tut. §. quia 16. Inst. eod. & hoc incipit à die cognitionis;  
d. l. 13. §. 1. l. ult. ff. de tut & curat. ab his. à quo insuper quatuor men-  
ses ad effectum ejus consequendum dantur: l. 38. ff. de Exc. Hænon.  
d. th. 6. lit. b. per libellos autem fieri non debet, l. excusare ff. de excus.  
quæcunque enim causæ cognitionem desiderant, per libellum ex-  
pediri nequeunt, l. 9. §. 1. ff. de offic. procons. at hic opus est decreto ju-  
dicis: arg. §. ult. Inst. quib. mod. tut. finit. & §. 16. de Excus. neque appel-  
lare debet se excusans, nisi rejiciatur Excusatio, tunc enim appellare  
potest. d. l. 13. §. 18. vers. qui a. Inst. de excus. l. 1. §. 1. ff. quand. appell. Aru-  
mæ. disp. 3. Exerc. 21. Wesemb in w. ff. d. t. n. 4. Treutl disp. 9. vol. 2. th. 1.  
lit. b. Donell. lib. 3. c. 9 pag. 174 177. Hækelm. disp. de tut. th. 20. lit. e.  
& f. Duaren. ad t. de Excus. ff. c. 1. Hænon. d. th. 6. lit. b. Porrò Te-  
stamentarius ac dativus à tutela se excusare possunt, non autem le-  
gitimus, d. §. 16. ibi: qualitercunque dati fuerint tutores &c. legiti-  
mi autem non dantur, sed ipso jure existunt, l. 5. ff. de legit. tut. l. scire.  
13. ff. de excus. pr. Inst. de legit. agnat. tut. Ergò hæc verba sunt intelli-  
genda de testamentariis tantum ac dativis: Cuj. in d. l. 13. Hott. ad d.  
§. 16. Heig. Borch. in pr. Inst. de excus. tut. Gothofr. ad l. 10. §. 7. ff. eod.  
Bachov. sup. Treutl. d. disp. th. 3. lit. f. Quia Legitimi ad tutelam pro-  
pter spem successione vocantur, ideò difficilius excusandi jus iis  
conceditur, ubi enim est commodum, ibi onus quoque debet esse,  
pr. Inst. de leg. agnat. tut.

(b) l. pen. §. fin. ff. de Excus. tutor. & hoc verum, si sc. morbus  
est perpetuus, l. post susceptam 40 ff. d. t. & personæ ipsi tutoris inhæ-  
ret, l. 5. §. immunitat. ff. de jur. imman. l. fin. C. qui morb. se excus. ob  
quam sc. ne suis negotiis interesse potest, §. 7. Inst. d. t. l. 10. §. ult. l. 40.  
ff. eod. d. l. pen. §. fin. & ejusmodi causa non tantum ante, sed &  
post susceptam tutelam excusationem meretur. d. l. 40. l. & non.  
11. ff. d. t.

(c) Legitimorum nempe & naturalium jam natorum, l. 2.  
§. 3. ff. d. t. l. 2. §. 2. ff. de vacat. muner. etiam si extra potestatem  
sint, d. l. 2. §. 3. & d. l. 2. §. 5. ff. de vac. mun. pr. Inst. de Excus. nihil  
etiam



etiam interest utrum superstites sint, an in acie ceciderint, *pr. Inst. d. t. Schneidw. ib. n. 21. Giph. ib. n. 12. Treutl. disp. 9. th. 2. lit. a. & ibi Bachov.* hi enim qui pro Republ. ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. *l. qua actione. §. si quid. in. ff. ad L. Aquil. d. pr.* Eodem modo nepotes neptesve ex filio, avo profunt, dum in locum patris sui succedunt. *d. l. 2. §. non solum. ff. eod. d. pr. & §. 6. Inst. de hered. qua ab intest. def.* Est autem certus numerus, nimirum trium Romæ, in Italia quatuor, in provinciis quinque: *l. 1. C. qui numer. liber. se excus. d. pr.* Hodie verò indistinctè quinque requiruntur. *Schulz. in d. synopsis lit. a.*

(d) *l. 2. §. 9. l. 3. l. 4. 5. 6. 15. §. 15. l. 31. ff. de Excus. tut. n. 5. Inst. eod.* ratione sc. patrimonii: Numerus enim tutelarum non ex multitudine pupillorum, sed ex diversitate patrimonii & rationum reddendarum æstimandus est, *d. l. 3. 4. §. fin. l. 31. in fin. ff. d. t. Cuj. ad l. 2. ff. eod.* Plurium igitur fratrum consortium pro unâ computatur; *d. §. 5. d. l. 31. §. fin. Cuj. in d. l. 2. nec tutelæ debent esse affectatæ; d. §. 5. & ib. Schn. n. 4. Vultej. ib. Treutl. d. th. lit. b. Cuj. in d. l. Unde una etiam sufficit, si nimis est diffusa & negotiosa. l. si is qui tres. §. ult. ff. d. t. & ib. Gothofr. Schn. d. loc. n. 4. Hænon. d. th. lit. b. Cuj. ad d. l. 2.*

(e) i. e. qui nescit scribere & legere, *l. fin. C. de test. l. discret. C. qui test. facer. poss. Gothofr. in §. 8. Inst. d. t. Bachov. sup. Treutl. d. th. lit. c. & simul simplicitate & imperitiâ gravatus est; d. §. 8. Schneid. Mynsing. Borch. ib. Vultej. discept. Scholast. 8. Hænon. d. th. 6. lit. g. & disp. 3. Inst. th. 18. Harprecht. & Giph. in d. §. n. 26. Heig. ib. Hunn. inst. de tut. quest. 24. Treutl. d. th. 2. lit. f. Pacius 5. Enant. 82. Manz. d. quest. 7. princ. n. 15.* Illiteratus etenim si peritus negotiorum est, iudex esse potest, *l. certi. 17. C. de jud. l. fin. pr. C. de jurisdict. omnium.* Cur non etiam tutor sit? *d. §. 8.*

(f) De omnibus scilicet bonis, sive maximâ eorum parte, *l. 20. 21. ff. de excus. tutor. §. 4. Inst. eod. §. fin. Inst. de autor. tutor. l. 16. C. de excus. tutor. l. 8. C. qui tutor. dar. poss. si autem se hoc casu non excusaverit, removetur q. suspectus.*

(g) *l. non tantum. §. sanè. ff. de Excus. tutor. 3. Inst. eod. ut magistratus, Consules, Prætores. l. 41. l. si duas. §. 16. l. spadonem. §. 3. ff. de Excusat. tutor.* Huc referri potest administratio rerum fiscalium vel Principum, *l. 41. pr. l. 22. §. 1. ff. d. t. quam habent*  
Coloni



Coloni prædiorum fiscalium vel Cæsaris patrimonialium, *l. ult. C. qui dar. tutor. poss. l. 8. C. de Excusat. tutor. l. ult. §. 1. ff. admu- nicip. l. 6. §. ult. ff. de jur. fisc. §. 1. Inst. de Excus. Treutl. d. th. 2. lit. d. Consilarii, d. l. 3. ff. d. t. Wesemb. in ꝯ. ff. eod. n. 3. Heig. in d. §. Exactores tributorum, l. 10. C. de Excus. tutor. l. 22. in fin. d. l. 41. ff. eod. Silentarii, d. l. ult. l. ult. §. ad hoc. C. de silentia. administran- tes annonæ vel vigilum, d. l. 41. §. 1. ac Mensores frumentarii, l. 26. ff. de Excus.*

(b) §. 2. *Inst. d. t. l. 10. ff. eod. ut sunt legati, l. 35. 32. ff. ex quib. caus. maj. aut eorum Comites vel ministri. Schneidw. Inst. in d. §. 2. Cuj. in d. l. 10. Treutl. in d. disp. 9. th. 1. lit. e.*

(i) Quæ illum facit imparem oneri injuncto, *l. 7. l. 40. §. 1. ff. de Excus. tutor. §. 6. Inst. eod. Gothofr. in d. l. 7. Schneidw. d. §. regulariter verò relinquitur judicis arbitrio pauperem æstimare. Schneidw. in d. §. n. 2. & §. II. n. 8. Treutl. d. th. 2. lit. e. Hænon. d. lit. i.*

(k) Capitales nimirum: §. II. 9. *Inst. d. t. ut sunt alteri mortem minari, insidias vitæ parare, de crimine capitali accusare; l. qui cum. 14. §. 3. & seqq. ff. de bon. libert. sic etiam malam famam spargere, §. 12. Inst. d. t. vita enim & fama pari passu ambulant; l. justa. 4. ff. de manumiss. vindict. & hoc verum est, si scilicet inimicitia non- dum reconciliata sunt: d. §. II. Reconciliantur autem per pacem factam, quæ facta esse præsumitur ex beneficiis acceptis, salutatio- ne, ejusdem poculi haustu, & ex venditione & emptione. Schneidw. ad d. §. II. n. 9. Bald. in l. in ipsius. C. famil. hercisc. Gothofr. sup. Schneid. d. §. II. lit. f.*

(l) §. item major. *Inst. d. t. l. unic. C. qui atat. se excus. l. 2. pr. ff. d. t. l. 1. in fin. l. 3. ff. de jur. immun.*

(m) ut Medicinæ, Rhetoricæ, Philosophiæ, Grammaticæ, ut & Jurisprudentiæ, *d. l. 6. ff. de Excus. §. 15. Inst. eod. l. medicos. 6. junct. l. fin. C. de profess. & med. Schn. ib. n. 1. & n. 6. in fin.*

## THESIS XII.

An & quomodo tutela & cura finiatur, nunc dicen- dum est: Finitur itaq; tutela (a) pubertate, (b) existente conditione & tempore, (c) morte naturali, (d) capitis deminutione maxima & media. (e)

inelo

(a) tam



(a) tam legitima, dativa, quam testamentaria. *t. t. Inst. de cap. dimin.* Conjunctio enim habet disjunctionis vim *l. 4. C. de V. O.*

(b) Quam veteres æstimarunt ex habitu corporis, *pr. Instit. quib. mod. finit. tut.* Quod autem hodiè sublatum est, ita quidem ut pubertas æstimetur in masculo ex anno 14. in fœminis ex anno 12. ut in *th. 8.* dictum est.

(c) Intellige testamentariam, quæ dari potest ad tempus & sub conditione, *§. 3. qui test. tutor. dar. poss.* non autem dativam. *§. sed & si sust. quib. mod. finit. tut. l. 14. §. fin. ff. de tut. l. 8. §. 1. ff. de test. tut. & vid. th. 6.*

(d) tam tutoris quam pupilli, *l. nisi finita. ff. de tut. & ration. distr. §. simili modo. Instit. quib. mod. tut. solvit.* Mors enim omnia solvit, *Novell. 22. c. deinceps de Nupt.* ita nulla tutela jure hæreditario transit ad heredes tutoris defuncti. *l. 16. ff. de tut. Schn. in d. §. simili modo. n. 2. Treutl. d. disp. 9. th. 7. lit. a. Hænon. d. disp. 7. th. 9. lit. c.* Hac quidem ratione, cum tutela munus sit personale, ut in *th. 1.* dictum fuit: sed Personalia cum persona extinguuntur. *l. non solum. §. tela. ff. de liberat. legat. l. quia. ff. de solut. matrim.*

(e) Est autem maxima capitis diminutio, cum quis civitatem & libertatem simul amittit. *§. 1. Inst. de cap. diminut.* Media v. est, cum libertas retinetur, civitas a. amittitur: *d. §. 2. Inst. d. t.* Sed nimia hic non attenditur, nisi in legitimâ, ratione tutoris, *d. §. 4.* Nam respectu pupilli quavis diminutione tutela perit. *§. 4.*

### THESIS XIII.

Quandoq; tutores (a) accusatos vel civiliter, (b) vel criminaliter, (c) ob dolum, (d) vel culpam (e) magistratus ab officio removet (f) cum (g) aut sine infamia. (b)

(a) Intellige omnes & testamentarios, legitimos, & dativos, *l. 1. §. ostendimus. ff. de susp. tut. §. 2. Instit. eod. l. 4. C. eod. Schnidew. d. §. 2. etiamsi solvendo sint, §. 5. Instit. d. t. ac satisdent. §. fin. Instit. eod.* Satisdatio. malevolum præpositum non mutat: *d. §. fin. Treutl. th. 3. lit. f.* Famæ tamen Patroni parcendum est, ut sc: postulatio verbis temperetur &

E

arbitrio



arbitrio judicis relinquatur, utrum accusatum remove, an ei  
adjungere curatorem velit. *Treutl. d. disp. 9. th. 4. lit. b.*

(b) & quidem ab omnibus, cujuscunq; generis sunt, accusari  
possunt, quia hæc est actio q: publica §. 3. *Inst. de suspect. tutor.*  
*Schn. ib. Wesenb. in w. ff. eod. n. 5.* Unde contutor, l. 3. pr. ff. d. t. l. 9. §. 8. ff.  
*de administr. tutor.* etiam si remotus sit, d. l. 3. servus, l. fin. ff. d. t. Ma-  
ter, soror, nutrix, avia, & alia fœmina, quæ pietatis necessitudi-  
ne adducitur, postulare possunt, & c. d. §. 3. l. 7. §. 7. ff. eod. & hoc et-  
iam à minore procedere potest adversus curatorem consilio  
cognatorum, l. impuberibus. ff. d. t. d. §. 3. Jure verò Saxon. non po-  
test mulier accusare tutorem sine curatore. *Gloss. german.*  
*Sandr. l. 1. art. 40. sup. verb. Klaget eine Jungfer. vers. doch müssen sie.*  
Civiliter autem agere dicitur, quando petitur, ut tutor declare-  
tur suspectus, removeatur, rationem reddat & reliqua restitu-  
at, vel ut curator ei adjungatur. l. si tutor. 9. ff. d. t. *Treutl. in d. disp.*  
*th. 3. lit. a. Bart. in l. 1. §. 1 ff. d. t.*

(c) Hoc procedit, quando tutor accusatur, non solum ut re-  
moveatur ab officio, sed ut etiam arbitrio judicis puniatur: d. l.  
1. in fin. ff. d. t. *Mynsing. in d. §. 1. Bart. in d. l. 1. Treutl. d. lit. a.* & si crimi-  
naliter agitur contra illum, tenetur actor inscribere ad pœnam  
talionis, & fidejussores pro lite prosequenda adhibere, l. libero-  
rum. 3. in fin. l. si in crimen. 7. ff. de accus. l. qui crimen. 3. C. de his qui ac-  
cus. *Bart. in d. l. 1. Bachov. sup. Treutl. vol. 2. disp. 28. th. 3. lit. a.* ne quis fa-  
cilè ad accusandum alios profiliat: d. l. si cui. Sed hodiè de con-  
suetudine generali non observatur. *Angel. in tract. malefic. in verb.*  
*Et ad querelam. n. 5. Clar. quest. 12. Wesenbec. id w. ff. de accusat. n. 12.*  
*Dambouder. c. 5.* nec Constitutione Caroli V. hoc exigi potest.  
*Bachov. sup. Treutl. vol. 2. disp. 31. th. 3. lit. d.*

(d) si nimirum fraudulenter versantur in rebus pupilli & mi-  
noris, l. si creditores. ff. de privil. credit. §. 5. *Inst. d. t.* ut si res pupil-  
lares tutor sine decreto judicis, aut sine justâ causâ alienaverit,  
l. 3. §. constat. & §. servus ff. de administr. tutor. repertorium non fe-  
cerit, d. l. 3. §. tutores. 16. l. ult. in fin. C. arbitr. tutor. pupillo alimenta  
denegaverit, d. l. 3. §. tutor. nullum modum in expendendo ob-  
servaverit, §. fin. *Inst. d. l. Wesenb. in w. ff. eod. n. 7.*

(e) La-



(e) Latam scil. ac leuem, d. l. impuberibus. §. 1. d. l. 3. §. fin. C. de suspect. tutor. Non autem levissimam. l. quicquid. C. arbitr. tutor. Treutl. in d. disp. th. 4 lit. d.

(f) Romæ prætor & in Provinciis Præsides, item Legatus proconsulis, l. 1. §. 3 ff. de suspect. tutor. §. 1. Inst. cod. l. 4. ff. de offic. ejus cui mandat. est juris d. Schneidew. Inst. d. §. 1. Hænon. d. disp. th. 10. lit. a. Treutl. d. th. 3. lit. c. cum autem hodiè omnis Magistratus potestatem dandi tutores obtineat, ut in th. 4. dictum fuit. Ergò omnis quoque cognitionem de suspecto tutore assumere, illumq; remove potest. Treutl. d. th. Unde etiam ex officio remove què potest, si apparet fraudulenter illum versari, ut si ad rationem reddendam citationi non comparuerit; &c. d. l. impuberibus. 7. §. ult. ff. de susp. tutor. Quod etiam Jure Saxon. statuitur, si tribus edictis legitime citatus non comparuerit. Landrecht. lib. 1. art. 41.

(g) Ob Dolum sc. §. suspectus. 7. Inst. d. t. §. 2. Inst. de. poen. temer. litigant. l. fin. C. de susp. tutor.

(h) Magna & gravis altercatio inter Dd. existit, dum quæritur. An tutor remotus ob culpam latam fiat infamis an non? quamvis multi sint qui prius affirmant, tamen sententiam eorum non sequimur, sed potius illorum opinionem probamus, qui posterius affirmant. §. 6. Inst. d. t. Schn. eod. n. 2. Wesenb. in ꝯ. ff. eod. n. 8. Et t. de his qui notant. infam. n. 6. Gail. 2. observ. 110. n. 6. Gædd. in l. 123. n. 2. ff. de V. S. Arumæus Exercit. 3. th. 22. Giph. Inst. d. t. n. 42. Et seqq. Hackelm. disp. th. 21. Quia lata culpa æquiparatur dolo, ubi ad damnum & interesse præstandum agitur, non autem ubi de criminalibus quæritur; l. 7. ff. ad L. Corn. de sicca. at causa famæ capitali comparatur; l. justæ ff. de manu. vind. Deinde quia dolum tantùm infamia comitatur, arg. l. furt. §. fin. ff. de his qui notant. infam.

#### THESIS XIV.

Cum conjunctio dissolutioq; tutelæ peracta sit, restat ut videamus remedium, quo pupillus contra tutorem aliosq; corroboratus, & deinde quo tutor & alii adversus pupillum adjuvantur: Actio igitur tutelæ (a)

E 2

pupil-



pupillo ejusq; hæredibus (b) datur finitâ tutelâ (c) ad-  
versus tutorem, (d) ejusq; hæredes, (e) & minori con-  
tra curatorem (f) ad reddendas rationes: (g) tum eis  
subvenitur actione de rationibus jam distractis contra  
tutorem ac curatorem ad ea consequenda, quæ à tuto-  
re ex rebus pupillaribus, durante tutela, ablata sunt. (b)

(a) Directa nimirum & est personalis, l. 1. pr. l. 18. ff. de tut.  
ration. distrab. l. qui tutor. 18. pr. ff. de adm. ut peric. tutor. l. 2. 7. C.  
arbitr. tut. Schn. Inst. quib. mod. tut. finit. §. fin. n. 3. perpetua, l. 8. C.  
arbitr. tut. Treutl. disp. 9. th. 5. lit. b. Tholos. lib. 13. c. 10. n. 17. ac genera-  
lis, l. pro socio. 38. ff. pro soc. l. 29. §. 1. ff. de minor. Bart. in l. 1. ff. de e-  
dend. Azo in summa. C. eod. Schneidw. §. omnium Inst. de actio. n. 3.  
& §. 32. eod. n. 8. & 14. Unde hæc per priorem sententiam ipso  
jure non tollitur, si in eâ species aliqua omiſsa fuerit, sed bis  
intentari ea posse de rebus diversis dicitur, l. 2. C. de judic. arg. l. 20.  
l. seq. ff. de except. rei judic. Treutl. d. th. 5. lit. f. & huic sententiæ af-  
sentiri Accurs. in §. item. Instit. de except. & Bart. in l. 6. ff. de condict.  
indeb. n. 26. & 29. videtur; ut putat Bachov. sup. Treutl. d. lit. f. Sed  
de omnibus, quæ tutor fecit, cum facere non deberet, & de o-  
mnibus, quæ facere debuisset, & sic ad interesse hac actione  
conveniri potest, l. tutor. 7. ff. de administr. & peric. tutor. l. 1. ff. de  
tut. & ration. distrab. l. 17. 18. 19. ff. locati. l. 4. C. arbitr. tutel. item de u-  
suris, si pecuniam pupillarem in suos usus converterit, d. l. 7. §.  
pecunia. 4. ff. de administr. tutor. l. 1. & 2. C. de usur. pupil. vel exa-  
ctis usuris suum commodum acquisiverit; usuræ enim exactæ  
& solutæ non amplius usurarum, sed sortis computationem  
habent: l. 7. §. 12. ff. de administr. tut. l. 58. §. 1. fin. & §. eod. t. t. Et  
ideo multò magis de dolo, culpâ ac diligentia tenetur, l. 1. in pr.  
ff. de tut. & ration. distrab. l. 10. ff. de administr. tutor. Wesenbec. in Pa-  
ratit. ff. de tut. & ration. distrab. n. 5. Treutl. d. th. 5. Myns. Instit. de ob-  
li. quæ ex q. contract. nasc. n. 66. Hæc ideò datur, etiam si pater te-  
stamento reddendas rationes tutori remisit: l. 5. §. 7. ff. de admi-  
nistr. tutor. l. 27. §. 3. ff. de pact. Est bonæ fidei actio, §. omnium  
Inst. de act. & famola ratione condemnationis doli, §. suspectus  
Inst.



*Inst. de suspic. tutor. l. 1. §. 4. §. ult. de his qui notan. infam. nec non jurari potest in litem adversus tutorem ex dolo & lata culpa. l. 4. C. de in lit. jura. gloss. in l. 1. §. officio ad verb. tenetur. ff. de tut. & ration. distr. n. 5. Socin. consil. 213. cum præf. n. 3. 4. vol. 3.*

(b) *l. 1. §. 3. ff. de tut. & ration. distrab. arg. l. 12. 40. ff. de oblig. & action. §. 1. Inst. de tempor. & perpet. action. l. 12. C. arbitr. tut.*

(c) Absurdum enim videbatur, eum rationem reddere, qui adhuc administrat, *d. l. 1. §. fin. l. 4. l. 9. §. 2. & §. 4. §. 7. l. 18. in fin. ff. de tut. & ration. distrab. §. ult. Inst. de Attil. tutor. l. 3. §. 6. ff. de susp. tutor. Mynsing. Inst. de action. §. actionum. Wesenb. in π. ff. de tut. & ration. distrab. n. 3.* Quod tamen in alijs administratoribus non observatur, hi enim singulis annis administrationis rationem reddere tenentur; Quod etiam in tutoribus Jure Saxonico locum habet, quo tutor singulis annis pupilli proximis hæredibus & agnatis rationem reddere tenetur, *Landr. lib. 1. art. 23. 41. 44. ibi: Das soll der Vormund von Jahr zu Jahr des Kindes Gut seinen nehesten Erben und Freunden berechnen: Sic Jure Civili quoque novissimo constitutum est, ut ipse magistratus singulis annis à tutoribus rationem exigere possint. Novell. 128. c. 16. in verb. singulis autem Wesenb. sup.* Et hoc confirmatum est Constitutione generali Caroli V. & Rudolphi II. Zu Franckfurt verbesserte Polycen Ordnung Anno 1577. part. 2. c. 11. sub tit. Von den Pupillen und Minderjährigen Kindern / *ibi: Das die Vormünder jährlich auff erforderung der Obrigkeit rechnung / thun und umb seine Verwaltung rede und antwort geben sollen.*

(d) Et quidem omnem indistinctè, *d. l. 1. pr. & §. 3. ff. de tut. & ration. distrab. & ibi Gothofred. si scilicet gesserunt si non administrarunt, non hac sed utili actione convenitur, quia suo periculo cessavit: l. 4. §. 3. ff. rem. pupill. salv. for. Tholos. d. c. 10. n. 29. Gothofr. in d. l. 4. tenentur hac etiam honorarii, imputari enim iis potest, cur tutorem malè gerentem suspectum non fecerint, cum tamen administrationis observatores dati sint; l. si plures. 3. §. cateri. 2. ff. de administr. tutor. l. tutores qui. 39. §. in eum. 11. ff. eod.* Tutor tamen consanguineus non ita exactè in hac actione excutitur sicut extraneus: *Petr. Salazas. decis. 53. n. 99. lib. 1. Re-*





gulariter autem quilibet tutorum pro parte virili tenetur, *d. l. 1. §. 10. ff. de tut. & ration. distrab. l. 37. pr. ff. de administr.* Sed si tutela inter eos non est divisa, tunc potest pupillus aliquem ex iis eligere, quem convenire velit, *l. 2. C. de divis. tut.* Si verò inter illos divisa est per judicem, aut ultimam testatoris voluntatem, tunc quilibet pro parte sibi assignata tantum tenetur, *d. l. 3. §. 9. l. 4. ff. de administr. tutor.* Secus autem in casu, quando tutor non accusavit, contutorem suum male administrantem, *d. l. 2. vers. in divisionem. C. de divis. tut.* aut divisio facta est inter eos suo arbitrio & privata conventionem, tunc singuli indistinctè in solidum tenentur & est in electione pupilli quem primo convenire velit, *l. tres tutores & d. l. 3. §. apparet. ff. de adm. tutor. d. l. 2. C. de divid. tut. & ib. Gothofr. Tholos. d. n. 11. Treutl. d. th. 5. lit. b.* Quod autem hic dicimus de tutore, intelligimus verum tutorem non eum, qui pro tutore gessit, is enim non hac actione, sed propria actione pro tutelæ conveniatur. *l. 1. §. si quisq. ff. de eo qui pro tut. l. pen. ff. de tut. & rat. distrab.*

(e) Non tamen actione directa, ut ipse tutor, sed utili conveniuntur, *l. 3. C. de her. tutor.* & quidem tenentur rationes reddere nomine defuncti, de eo quod administrare debuit, nec administravit, *l. 2. & fin. C. de hered. tutor. & curat.* item de eo quod tutor à se vel ab aliis non exegit, *d. l. 3. C. de hered. tutor. & ibid. Gothofr. Tholos. d. c. 10. n. 18.* & non tantum nomine defuncti, sed suo quoque, si inchoata negotia à defuncto solverit, *l. 4. l. fin. ff. de fidei tutor.* De dolo lata culpâ defuncti tenentur, non levi *l. ex dispositi n. l. ex constantibus. 49 ff. de oblig. & act. l. curatoris. 17. C. de negot. gest. l. 1. C. de hered. tutor. l. alio jure. C. de in lit. jurand. l. in heredes. C. de magistro. l. 4. §. 1. fin. ff. de fidejuss. tutor. Ant. Fab. 1. conject. 12. Treutl. d. th. 5. lit. d. & ibid. Bachov. nisi ad eos aliquid ex damno pupilli pervenerit *l. 1. C. de hered. tutor. d. l. 1. C. de hered. defun. & c. Tholos. d. c. 10. n. 10. Treutl. de th. 5. lit. e. Hottom. 1. amic. resp. 23.* Quamvis verò dictum sit heredem teneri de dolo defuncti, tamen illum infamem fieri, si damnetur de dolo defuncti, negatur, quia tantum de alterius perfidia agitur. *l. 1. & l. furti. 6. §. pactus, & §. pen. & fin. ff. de his qui notan. infam.**

(f) con-



(f) contra quem non directâ sed utili tutelæ actione agi potest manente administratione. *l. cum curatore. 26. ff. de administr. tutor. l. 4. § 3. ff. de tut. & ration. distr. Gothofr. in d. l. 26. Wesenbet. in π. ff. de ration. distrab. n. 7. Dd. in l. 2. C. de administr. tut. Bachov. sup. Treutl. d. th. 7. lit. a. Diss. Treutl. d. lit. a. Cuj. 17. observ. 7. Vigel. lib. 5. method. j. ur. civ. in fin. non tamen uniformiter, sed variè;*

(g) Libros expensarum factarum, *arg. l. 2. ff. ubi pup. educ. deb. & rationalia instrumenta conficere debet, & quidem sufficienter. d. l. 1. § 3. ff. de tut. & ration. distrab. l. 10. § 2. ff. de edend. Gothofred. in d. l. 1. § 3. Sed quæstio hic moveri potest, an juramento tutoris, si inventarium & expensarum repertorium non confecerit, & rationes obscuras & intricatas adhibuerit, standum sit? ad quam dicimus ejus Sacramento fidem accommodandam non esse, exceptis modicis impensis, *Jason. in rep. l. admonendi. n. 126. de jurejur. Castr. in l. antepen. ff. de condict. & demonstr. & rebus casu amissis, & tunc jurejurando à negligentia se purgare potest; arg. l. fin. C. de fidd. Inst. pr. in l. si quis. 6. §. fin. ff. de edend. & hoc etiam Jure Saxonico constitutum est. glos. lat. nova. art. 23. lib. 1.**

(h) *l. §. de rationibus. ff. de tut. & ration. distrab. finito nimirum tutelæ officio, l. tres tutores. 55. ff. de adm. tutor. & contra omnes tutores ac curatores, sive sint legitimi, sive testamentarii, sive dativi, datur, d. l. 1. §. de rationibus. & hæc pœnalis est, ita ut duplum loco pœnæ tutor præstare cogatur, hoc autem modo, ut ipsa res ablata restituatur & vera rei æstimatio solvatur; d. l. 55. §. 1. ff. de administr. tutor. l. 2. §. fin. ff. de tut. & ration. distrab. d. l. 1. §. 20. ff. eod. & ib. Cuj. Tholos. d. c. 10. n. 26. Schneidw. Inst. quib. mod. tut. finit. §. fin. n. 4. Wesenbec. in Parat. ff. d. t. n. 6. & ideò in hæredes non datur, hæredibus a. dari non dubitatur. l. 1. §. pœn. ff. de tut. & ration. distrab. § 1 Inst. de perpet. & tempor. activa. Cum in hac thesi concursus actionum appareat, non incongruè quæstionis loco poni potest, an altera alteram tollat actionem, ita ut, si pupillus actionem tutelæ intentavit, actione de rationibus jam distractis tutorem convenire*  
non



non possit, vel contrà ? hoc affirmamus & dicimus alteram  
per alteram tolli: *text. in l. 1. §. 21. de tut. & rat. distrab. Wesenb. in  
Paratit. ff. eod. n. 6. in fin. Treutl. d. th. 7. lit. a. & ib. Bachov.* Huic  
etiam concurret actio furti nec manifesti, seu condictio furti-  
va, quâ pupillus rem suam vindicat, & procedit si perspicuè a-  
nimo furandi rem pupillarem interceperit, *l. 1. §. hunc tamen. 25.  
& l. 2. §. 1. ff. de ration. distrab. n. 25. Bachov. sup. Treutl. d. th. 6. lit.  
a. Jas. in l. ejus. §. quas actiones & ib. Zas. ff. si cœt. pet. Wesenbec. in  
Parat. ff. d. t. n. 7. Schneidw. Instit. de Satisd. tutor. §. fin. n. 5. Go-  
thofred. in l. tres tutores. 55. §. 1. ff. de administr. tutor. & non tolli-  
tur una per alteram, sed actione tutelæ conventus furti actione  
non liberatur. *d. l. 1. §. 22. ff. de ration. distrab. Bachov. sup. Treutl. d.  
th. 6. lit. a.**

T H E S I S      X V .

Altera quoque actio, quæ ex stipulatu rem pupil-  
li salvam fore vocatur datur pupillo finitâ tutelâ; ac  
minori stante administratione (a) adversus tutores (b)  
eorumq; fidejussores: (c) item rei vindicatio acquiti-  
tur pupillo & minori ad recuperandam rem suâ pecu-  
niâ emptam: (d) Eodem modo actio negotiorum ge-  
storum utilis eis competit: (e) & denique actio subsi-  
diaria (quod ultimum est remedium) contra magi-  
stratus gratos, qui à tutoribus & curatoribus satisfactionem  
ullam, aut idoneam exigere non curaverunt. (f)

(a) *l. 11. ff. rem pupill. salv. fov.* sicut tutelæ actio finitâ tute-  
la, ita & hæc, *l. 1. & 4. §. 4. ff. d. t. l. 16. ff. de tut. & ration. distrab.*  
ex quibus causis illa intentari potest, ex iisdem & hæc, *d. l. 4.  
§. 4. & §. 6. & l. 9. ff. d. t.* & est actio directa si pupillus præseus  
est, & dari potest, etiamsi non sit ejus ætatis, ut intelligat quid  
agat, tamen propter utilitatem receptum est rectè eum stipu-  
lari, *l. 6. ff. d. t. l. 1. §. 13. ff. de oblig. & act.* si autem per servum  
suum, aut publicum stipulatur, tunc non ipso jure actio ac-  
quiritur, sed ex æquitate utilis ei paratur, *l. 4. in pr. ff. rem pup.*

(b) intel-



(b) intellige eos qui gesserunt, qui enim non administra-  
runt hac actione conveniendi non sunt, sed utili, l. 4. §. 3. ff. rem  
pupil. salv. for. & hæc non tantum locum habet adversus tutores,  
sed indistinctè quoque contra curatores, d. l. 4. ff. rem pupil. salv.  
for. eadem intentari potest adversus protutorem, Tholos. n. 28.  
in eo autem dies stipulationis cedit simul atque quid desinit es-  
se salvum. l. 4. §. pen. ff. rem pupil. salv. for. Wesenbec. in w. ff. eod. n. 4.  
Trentl. d. tb. 7. lit. d.

(c) Nam tantum contra eos, qui ex stipulatione, sed etiam  
adversus hos, qui ex q: utpote qui præsentès fuerunt, & nomi-  
na sua in acta publica referri passi sunt; qui affirmarunt stu-  
torem esse idoneum; d. l. 4. §. fin. ff. qui postularunt, & nomina-  
runt aliquem in tutorem: idoneum enim adhibere velle præsu-  
muntur; l. 2. ff. de fidejuss. & nominat. tutor. l. 1. C. de potiorib. &  
muner. nomin. l. 7. ff. de decur. l. ad subeunda. 45. C. eod. Cujac. in l.  
& eleganter. vers. idem Pomponius. ff. de dol. mal. Et quilibet eo-  
rum in solidum tenetur, ne ex unâ tutelâ plures quæstiones  
apud diversos iudices constituentur: l. fin. ff. rem pup. salv. for. l. 2.  
ff. de exercit. action. Wesenbec. in Paratit. ff. rem pupil. salv. for. n. 4. in  
fin. ac post moram fructus & usuras medii temporis nomi-  
ne solvere coguntur. l. 10. ff. rem pupill. salv. for. Trentl. d. tb. 7. lit. d.  
& ib. Bachov.

(d) Si solus tutor gessit, sicut gerere liberè potest. Non  
enim attenduntur verba contractus utrum nomine pupilli an  
suo conceperit, sed potius quid ex officio facere debuerit; l. tu-  
toris. 15. ff. de pact. l. tutor. ff. de jurejur. l. 4. ff. de in lit. jurand. l. ult.  
C. de curat. furios. l. pupillus. 9. ff. de acquir. hered. aliàs autem ex  
contractu minus alteri actio regulariter non datur. l. 2. ff.  
quand. x fact. tut. vel curat. minor. l. pen. C. eod.

(e) quâ agitur adversus curatorem tam finitâ, quàm du-  
rante tutelâ l. 17. C. de negot. gest. l. 7. C. arbitr. tut. Bachov. sup.  
Trentl. d. tb. 7. lit. a.

(f) l. 1. & tot. tit. ff. & C. de magistr. conven. §. ult. Instit. de  
satisa. Tholos. d. c. 10. n. 31. Wesenbec. in Paratit. ff. de administ. tutor.  
num. 5. Si verò magistratui nihil imputari potest, casus &

F

fortu-



fortunam pupillo præstare non tenetur: *d. l. i. §. quod si.* Sicut autem hæredes tutorum de dolo ac lata culpa convenire possunt, ut in *th. præc. lit. e.* dictum fuit ita & magistratum hæredes; *l. quod ad hæredem. 6. ff. d. t. l. 2. C. eod. Wesenbec. in ꝑ. ff. eod. n. 4. Tholos. d. c. 10. n. 31. in fin. Treutl. d. th. 7. lit. q. & ib. Bachov. Schulz. in d. Synops. Instit. de satisdat. tutor. Hodiè verò hanc non esse, in usu quidem putant; Treutl. d. th. 7. lit. q. Gothofr. ad rubr. C. de magistr. conven.*

## THESIS XVI.

Restat remedium, quo tutori succurritur: Actio igitur contraria datur tutori finito tutelæ officio contra pupillum ad consequenda ea, quæ in rebus pupillaribus utiliter impenderit ex officio & bonâ fide: (a) item tutoribus alia singularia beneficia tribuuntur, ut Divisionis, (b) Ordinis, (c) cedendarum actionum. (d)

(a) *l. i. §. finito. l. 4. d. l. i. §. pen. l. 3. in pr. & §. i. cum seqq. l. fin. ff. de contr. tut. act. l. sancimus. 28. C. de administr. tutor. l. si bonam. 11. C. eod. Bart. in d. l. 3. §. sufficit. ff. Cyn. ac Dd. in l. quicquid. 7. C. arbitr. tut. Wesemb. in ꝑ. ff. d. t. n. 4. Tholos. d. lib. 13. c. 11. n. 3. Treutl. d. disp. thes. 6. lit. b. vel pro pupillo obligatus fuerit, ut liberetur, *d. l. i. §. pen. d. l. 3. in pr. d. l. fin. ff. Tholos. d. n. 3. Wesemb. d. n. 4.* Et hæc locum habet etiam si directa à pupillo non sit intentata, *d. l. i. §. fin. & l. 2. ff. Tholos. d. c. 11. n. 1. in fin. Treutl. d. th. 6. lit. e.* nihil etiam interest, utrum tutor plus impensarum fecerit, quam sit in pupilli facultatibus, vel minus, dummodo pupillo expediat: alioquin si non expediat, vel factum est ex mala fide, pupillus hac actione conveniri nequit, *l. pen. ff. de contr. tut. act. l. non est ignitum. 6. C. de administr. tutor. l. mediterranea. 8. C. de anno. & trib. Bart. in l. i. §. si pupillus. ff. de tut. & ration. distrab.* Hæc non solum tutoribus, sed protutoribus ac curatoribus quoque competit, *d. l. i. ff. etiam cum rei sit**



fit persecutoria, heredibus eorum ac in heredes per 30. annorum  
datur, l. 3. §. pen. & fin. ff. de cont. tut. act.

(b) Hoc conceditur pluribus tutoribus tutelam indivisam  
simul administrantibus, & hoc verum, si omnes sint solvendo: l. 1.  
§. nunc tractemus. ff. de tut. & ration. distrab. l. 1. C. de divis. tutor.  
Schneidw. Inst. de satisd. tutor. §. 1. n. 17. Wesemb. in w. ff. de administr.  
tutor. n. 7. Gail. 2. observ. 96. n. 9. Quod etiam fidejussoribus non  
denegatur, l. fin. C. de constit. pecu. §. 4. Inst. de fidejuss. Schneidw.  
Inst. eod. n. 16. & seqq. nec magistratibus, si plures ejusdem actionis  
sint rei, & omnes solvendo. l. situ. 3. C. de magistrat. conven. & ib.  
Gothofr. Tholos. d. lib. 13. c. 10. n. 32.

(c) Scilicet si quidam ex tutoribus administrarunt, & non  
omnes, tunc licet quilibet eorum in solidum conveniri possit, ta-  
men si is convenitur, qui non gessit, nec geri mandavit, potest se  
defendere exceptione hujus beneficii, ut sc. pupillus prius conve-  
niat & excutiat eum qui gessit: l. fin. C. de div. tut. l. 1. §. nunc tra-  
ctemus. ff. de tut. & ration. distrab. Schneidw. Inst. de satisd. tutor.  
§. 1. n. 17. Wesemb. in w. ff. de administr. tutor. n. 8. Gail. d. 2. observ.  
96. n. 9. Vigel. metho. observ. p. 440. Hoc beneficio etiam novissi-  
mo jure fidejussor tutoris gaudet, qui tutorem presentem, ac ido-  
neum ad solvendum, pro quo fidejussit, prius conveniri petit, si ve-  
rò principalis solvendo non est, nec hac exceptione fidejussor tutus  
erit; Auth. presente. C. de fidejuss. Novell. de fidejuss. §. si quis igitur.  
& §. non solum. Mynsing. 2. observ. 15. n. 1. Köppen. deci. quest. 56. n. 2.  
Datur autem hoc beneficium, nisi eidem renunciaverit, Bald. in d.  
Auth. presente. Spec. tit. de renunciat. §. finitis. n. 16. Rom. cons. 211.  
& consil. 392. col. 2. n. 10. Köppen. d. quest. 56. n. 3. Gail. 2. observ. 27.  
n. 21. Wesemb. consil. 14. n. 12. part. 1. Myns. d. observ. n. 4. Angel. §. si  
plures. Inst. de fidejuss. vel se principalem constituerit, verschreibet  
sich als ein Bürge vnd selbes schuldiger: Hæc enim subscriptio ha-  
betur pro renunciatione, l. pen. ff. de pact. l. si quis. C. de Sacros. Ec-  
cles. & videtur etiam esse novatio, novatione autem tollitur obliga-  
tio prior. §. præterea. Inst. quib. mod. toll. oblig. Gail. 2. observ. 28.  
n. 2.

F 2

(d) Per



(d) Per hoc tutor totum solvens petere potest à pupillo, ut sibi actiones cedat adversus contutorem, quibus convenire eum potest, *d. l. 1. §. nunc tractemus. & §. planè. ff. de tut. & ration. distrab. l. 6. in fin. C. arbitr. tut. l. ult. ff. rem pupill. salv. for. Dd. in l. Modestinus. circ. fin. ff. de solut. Wesemb. in  $\infty$ . ff. d. t. n. 9. Schneid. d. t. n. 15. Gail. d. observ. 96. n. 9.* Hoc fidejussori quoque in solidum convento ac totum solventi adversus confidejssores succurritur, *l. ut fidejussor. l. fidejussoribus. 7. ff. de fidejuss. Bart. in l. Modestinus. ff. de solut. Schneidw. Inst. de fidejuss. §. 4. n. 23.* Cessionem autem ante solutionem fieri debere dicitur, post enim creditor non habet quod alteri concedere potest. *d. l. Modestinus. 76. ff. de solut. l. cum alter. 11. C. de fidejuss.* Si verò actiones non sunt mandatae, datur ex Constitutione D. Pii tutori utilis tutelae: *l. 1. §. 13. l. 29. ff. de tut. & ration. distrab. l. 2. C. de contrar. judic. tutel.*

DEO SIT LAUS ET  
GLORIA.








*Præstantiss. Dn. Respondenti.*

**M**axima Justitiæ pars est, viduata Parente  
Pignora subsidiis more juvare Patris;  
**O**rborum Patrem se sæpe Jehova vocavit,  
Hos è conspectu non finit esse suo.  
**N**on ergò leve quid tentas, defendere summam  
Justitiæ partem dum cupis, imò potes.  
**S**ic clarum reddis, quòd Tu quoq; Patre carentes  
Cures; sic reddet prospera quæq; Deus!

*Amico & Commensali  
suo honorando*

f.

**M. JACOBUS WELLERUS**  
Facult. Philos. Adjunctus.



**Q**uid, quod nos Dominus malè res nostrasq; tuetur?  
Res quia pupilli non benè Tutor agit.  
**H**inc cum Tutelam benè nunc Müllere tueris,  
Rebus pupilli gratulor atq; tuis.

*bonæ amicitiae & convictus E.*

*scr.*

**M. MARTINUS GEIER** Lips.



**N**on nisi tentando faustè juvat ire Corinthum,  
Hinc tentas vires quid tolerare queant.

F 3

Pergi-





Pergito tentando, MÜLLERE, aufferre brabéum,  
Cultori præbet quod *Tbemis Alma* suo.

*Præstantissimo Dn. Respondenti,  
Amico ac Consalino suo plurimum  
honorando gratulationis bene-  
volig<sup>3</sup> affectûs gratiâ  
apponebat*

GODOFREDUS Springer Lan-  
deshüttâ - Siles.



Ad Præstantis Dn. Respondentem, amicum  
& commensalem meum dilectum.

**S**icut in occulto qui vellet vivere recto,  
Non heros, aliàs natus ad arma, foret;  
Sic aliena nequit volitare per ora sub arctis  
Nobile qui claustris tempus in arte terit.  
Martepotest fieri celebrer, qui fortibus hostes  
Viribus, insigni non sine cade, premit;  
Ars quoq<sup>3</sup> nobilitat. verum prodire necesse est,  
Crebrò cum doctis dis-g<sup>3</sup> putare viris.  
Non ergò tibi laus erit hîc modo, pulpita clara  
Dum scandis, sed post commoda multa feres.

Properabundus  
mente verò gra-  
tulabunda S.

Matthias Scholreiff Prentzloâ March.  
S S. Theol. Stud.



**M**agna quidem laus est, multos pervolvere libros,  
Et mentem doctis artibus imbuere.

Major



Major at est animo commissa fideliter ore,  
Quo pleriq; carent, reddere, vel calamo.  
Maxima tandem aliis laus est servire talento,  
Quod cūvis hominī credidit ipse Deus.  
Sic magnam, MÖLLERE, tui meruere labores  
Laudem, quos peperit lectio crebra tibi.  
Verū majorem, quæ nunc censenda, merentur,  
Exponis doctis largiter Ingeniis.  
Hinc, cum scire tuum, sciet alter, maxima surget  
Olim, crede mihi, laus titulusq; novus.

CHRISTIANUS PORTLITIUS  
Silesius.





Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to the paper's texture and the bleed-through effect.

CHRISTIANUS T. OPTIMUS





Wittenberg, Diss., 1634-39

ULB Halle 3  
005 151 511



TA → OL


VDA 7











FAVENTE CHRISTO  
DISPUTATIO JURIDICA,  
*De*

# TUTELA ET CURA.

1635 3

*Quam*  
Permiffu Magnifici & Ampliffimi Jctorum Ordinis  
in incluta Academia Wittebergenfi,  
SUB PRÆSIDIO  
*Ampliffimi, Confultiffimi atq; Excellen-  
tiffimi Viri,*

DN. HENNINGI *Grossen* /  
J. U. D. Profefor, Public, Juridicæ facultatis h. t.  
Decani fpectatiffimi, Curix Electo: nec non Judici Pro-  
vincial. in infer. Lufat. Affefforis graviffimi & Sereniffimi viduæ  
Electo: Saxonix *Liechtenburgk* &c: Confiliarii, Dn. Præce-  
ptoris ac Promotoris fui perpetuo obfervantiæ  
cultu profequendi  
*Publicè ventilandam proponit*

FRIDERICUS MÖLLERUS,  
Berolino - Marchicus  
*In Auditorio Jctorum ad diem 29. Augufti horis à 7tima matutinis.*  
WITTEBERGÆ,  
Typis hæredum GEORGII MÜLLERI  
ANNO M. DC. XXXV.

25  
4

